molibus munivit, ut æternum esset opus; Quæ adeo firmæ fuerunt, ut immensa ædificia supra sustinerent. Instructuræ saxonum adeo apte cohererent, ut intuetiū oculos fallant. Liuius libro primo ab y.c Tarquinio inquit foros in circō faciendos curauit, & Cloacam, quæ maxima receptaculum omnium purgamentorum virbis sub terra agēdam, qui bus operibꝫ vix noua hæc magnificētia quicquā æquare potest. Plynius Durant inquit a Tarquinio prisco prope in expugnabiles / non omitendo memorabili exemplo, cum id opus ex plebis manibꝫ faceret / esset qꝫ labor (incertum) longior, an periculosior, passim cōscita morte. Quiritibus tedium fugientibus, vanum, & in excogitatū ante remedium ille rex attulit ut omium ita defunctorum crucibus spestanta corpora figeret. Quam obrem pudor romani nominis prius qui s̄spē rem seruauit in præliis / tunc quoqꝫ subuenit. Amplius Cudine Gaius ea fecisse pdit, ut vechem fœni lōge onustā trāmitteret / postea per totam vrbem factas idēm auctor tradit. M. Cato, & Val. flaccus censores Cloacas in auentino, & in aliis partibus, qua nōdum erant, faciēdas locauere. præterea cloacas operum omnium dictu maximū suffossis montibꝫ vrbē pensili, subterqꝫ nauigata id. M. Agrippa fecit in ædilitate post cōsulatum corriuatis per meatum septē annibꝫ cursu precipiti torrentium modo auferre omnia coactis. Strabo libro. v. ita scribit. Romani maxime aīaduerterūt / quod grēci parui fecerint Strata viarum, aquæductus, Cloacas, quibꝫ ciuitatis sordes in tyberim eluerētur. Tanta autem per aquæductus aquarum vbertas influit / vt per vrbem atqꝫ cloacas anēs inundare videātur, & vniuersæ propemodum ædes subterraneos meat / siphones ad fistulas vndolas habeant. Quarum accuratissimam diligentiam M. Agrippa egit, qui vrbem plurimis ornamētis adornauit, qui Cloacas prope oēs in staurauit plerasqꝫ nouas extruxit, extat præcipua iuxta pantheon quæ totam illuīem vrbis nunc romē in tyberim subuectat cōtra insulam tyberinam. Purgationes olim Cloacarum censores olitoribus vendebant mille talētis illud enim sumum facile superat omnē stercoratioñem. Habebant præterea Cloace suos curatores vt inuent⁹ lapis iuxta pontem sextum ostēdit qui nunc ē ante ædes. D. Vincētii rusticī patricii ro, cum hac inscriptiōe Ex auctoritate Cæs. diui traiani partis, cf. diui Neruæ nepotis Traiani hadriani aug. pōtis. max. trib. potest. v. Imp. iiiii. cos. iii. Messius rusticus curator aluei & riparum R.R. Tiberis, & cloacarum vrbis restituit secundū precedentem terminal

tionem proximi. Cipp. P. CXVS.

De Vico tuscō & eius Ambitu.

¶ Quicquid campi iacet inter Capitolium palatiūm, & Auentinū, & tyberim dicebatur olim uicus tuscus a tuscis colonis primū habitus, ubi principiū, & in cunabula antiquæ urbis fuisse dicuntur. Vnde Propertius. At tu roma meis tribuisti mœnia tuscis: Vnde hodie tuscus nomina uicus habet. Dicebatur etiam (ut quidā tradūt) Campus argeus ab Argo Etandri hospite, uel ab Arguo hercule, & libyssus q̄ primum ex libya illuc frumētum adiectū est, facies tūc agri huius instar arcus erat/cuius chorda esset alueus tyberis Cornua ad solis ortum, rupes auentina, ad occasum capitolina, media palatina, a fronte prospicit, a sinistris Cēlio, a dextris exquilino iūgitur. Auentinus itē a fronte tyberim, & capenā tenet ad dexteram Cēliolo h̄eret, Capitoliū ante se, & portā Carmentalē cernit, h̄eret illi Quirinalis, has rupes antiqui septem montes appellauere. Area huius arcus est quicquid campi iacet inter Auentinū & Capitoliū, & a palatio ad tyberim paludes plures eo passim tyberina inundatio efficiebat, quę hāc aream non satis idoneā habitationi reddebat antequam factis Vortunno sacrificiis in alueum suum tyberis reuerteretur. Cum concessisset naturæ Cælius, & Galeritus rex he truriæ successisset, consensu tribuum, ab eo tota arcus area septem collibus urbis adiacens. Tuscis data est, egestisq; paludibus habitabilis redditia, & uicus tuscus dicta. Ex hettruria Larentia oriunda, & nupta prius uiro tuscō Faustulo, & deinde hetrusco Tarrutio, h̄ec regio ueteris septicollis. Porro in area h̄ec nomina sunt, libyssus. Circus max. forum transitorium/ Argiletus superior, argiletus imus, uia sacra, Senatulum, Concordia, Græcostasis, ædes Saturni. Vertunnus, qui & Ianus quadrifrons, forum boarium, uicus longus, Arniensis. Stellatinus Sabatinus lartellianus, qui & ueiens, & faliscus. Quorum cognomina a tuscis sunt commigrantibus in Ciuitatem ro. Item herculis ara, ubi Olympus, & initium sacri aratri iunctim a germalia ad uiam sacram, unde & nominis origo, forum piscarium. Porta Carmentalis, Aedis pudicitiaz, rotunda Herculis, forum uenalium, Lacus Curtius /Subura, Suburbanum, Saturnia, ubi nunc

Campus ar  
geus & li  
byssus.  
Figura hu  
ius campi.

Area huius  
campi

Vortunnus

Larentia.  
Faustulus.  
Tarrutius.

Argiletus.

Nomina a  
Tuscis de  
ducta.

## ANTIQUITATVM

Signū vor-  
tunni.  
Quæ in vi-  
co tusco vē  
debantur.

Vicorū no/  
mina.

Cliuorū no/  
mina.

Fororū nu-  
merus et no/  
mina.

est eius ædis, atq; erarium. M. Varro ita scribit in suburane regionis parte princeps est Celius mons a celio uibeno tusco nobili/qui sua manu dicitur Romulo uenisse auxilio contra sabinum regem post Celi obitum / quod nimis loca munita tenerent, neq; sine suspitione essent, deducti dicuntur in planum / ab eis dictus uicus tuscus, & ideo ibi uortunum stare/q; is deus est hetruriæ princeps. Signū autem uortuni erat in ultimo uicotorio sub basilicæ angulo de cœlestinis quia suspitione liberi / traductos uolunt in eum locum, qui uocatur Celiolus. In uico tusco tractabantur olim Serica Martialis. Nec nisi prima uelit de tusco uellera uico. Item uestium bombycinarum textura commendabatur, & lanarum uellera, luuinalis. Et uellere tusco uexatae / duræq; manus, ubi etiam unguentarii consistebant. Fuerunt uici sine numero/quos longum esset omnes nunc describere. Quorum clari, præter hunc, Vicus patricius in Exquiliis/de quo suo loco dixi. Item uicus Cyprius iuxta carinas/Cypron enim Sabini bonum uocant, qui illic confederunt boni ominis causa, cui postea sceleratus nomen fuit. ob scelus Tulliae uxoris Tarquinii Superbi in patrem tullium. nota est historia apud Liuum. fuit & uicus Africus/q; illuc ex africa diuertebant hospites. Vicus Iugarius uel q; ibi iuga boum suspendebantur: uel ab ara Iunonis iugæ, q; nuptiis præcesset, & matrimonia iungere putaretur. Vicus sobrius q; ibi non uino, sed lacte Mercurio sacrificaretur. Vicus longus a longitudine, Vicus sandalarius a sandaliis calciamenti genere: uel q; ibi apollinis simulacrum Sandalia haberet. Fuerunt præterea Cliui, ut Cliuus publicus, Cliuus Capitolinus. Cliuus palatinus. Cliuus publicius/urbicus, Suburbanus. Cliuus Scauri & plures alii quorum meminit. P. Victor in regionibus.

De Foris prisæ urbis & eorum conditoribus.

Sed quoniam urbis olim fora in hoc ambitu circa Capitolium, & palatum fuerunt congruum uidetur in hoc loco de eorum ornamentis differere. Fuerunt autem apud ueteres fora. XVII. Romanum, Boarium, Olitorium piscarium, ænobarbi, Nerue, quod et transitorium dicitur, Traiani, Suarium, Archimonium. Salustii/Diocletiani/pistoriū, forū diui Cæs. forum Augusti/Rusticorum, Cupedinis/palladium, Exquilinum. Quæ a nominibus conditorū

magna ex parte dicta sunt, Prima autem fora extitere iudiciale, & Venale. Propter causas & obsonia. Forum autem a ferendo dictum scribit Varro. quomodo uero ea constituenda sint docet Vitruvius libro v. ita tradens Igitur circum spectacula spatio fora inter colūnia circaq; in porticibus argentarię tabernæ, Mēnianaq; superioribus coassationibus collocentur, quæ ad usum, & uectigalia publica recte erūt disposita. magnitudinesq; ad copiam hominum optere fieri. Oblongaq; erit eius formatio more latino, nā græci quadratam constituunt, ac primum de foro ro. quod uetus state dignitate amplitudine cæteris præstat, dicendum puto.

## De foro ro. &amp; eius ornamenti.

Forum ro. omnium uetus statissimum, & ornatissimum / inter Capitolum, & palatium montes fuisse olim satis constat. Pulcherrima habuit ornamenta, & multa tēpla ornatissima, & in primis Rostra populi ro. ad radices palatii, quæ prima fabricata fuerunt ex rostris nauium Antiatium / quas Romani cęperunt, Liuius Naues inquit Antiatium in Naualia romæ subductæ partim incésæ, rostrisq; eæq; Suggestum in foro extructum, adornari placuit, Rostraq; id templum appellatum; fuerunt noua, & vetera, Suetonius in funere Augusti bisfariam inquit laudatus pro æde diuī Iulii a Tiberio / & pro rostris veteribus a Druso filio / unde Rostra, quæ prope iuncta fuerant / in alium locum translata sunt. Rostra inquit Pedianus non eo loco tunc fuisse / quo nunc sunt, cum crematum est corpus P. Clodii, sed ad Comitium prope iunctum Curiæ. Ante rostra etiam ut idem scribit auctor / fuit aurea Syllæ imago. Imaginem eius ex auro equestrem posuere, inscripseruntq; Cor. Syllæ Imperatori fortunato, erat & statua herculis tunicati habitu ęleo; facie torua/ titulos subscripta. L. Lucullus Imperator de manubiis hostiū dedicauit. Vnde ex his rostris per excellentiā omnia huiusmodi sedilia appellata sunt ubiq; rostra, sicut palatia a palatio ro. ubi reges prius & cæteri magni uiri ac principes considerunt. In foro etiam ro. Numa Pompilius suscepito Imperio templum Vestæ iuxta suam regiam struxit, ubierat sacer lucus, sicut ante apud Albam Ciceronius Lucas inquit Vestæ ad radices palatii, deuexus in uiam nouam Custodiam q; sacerorum / idem Rex lege patria latinorum per uirgines fieri instituit/ ut tradit Liuius. Aedis autem Vestæ

Fora prima iudiciale & venale.

Eoꝝ forma

Fori ro. ornamenta.

Rostra po: ro. ex rostris nauium. Suggestū. Rostra vetera & noua:

Aurea Syllæ imago equestris in foro.

TēplūvesteLucus sacer

## A N T I Q V I T A T V M

adis. S. Siluestri i lacu  
posita erat sub palatio, & nunc ex parte inferiore proxima est ecclesia sancti Silvestri in lacu, siue S. Mariæ liberatricis. Argumento sunt sepulchra cum inscriptionibus Vestalium ante hos annos illic eruta numero. xii. & eo amplius ex quibus duo tantum maximarū describenda curauit. Fl. Maniliæ, & Clæliæ Claudianæ.

Epitaphium Fl. Man. Vest.

Vestalium  
Epitaphia.

¶ FL. + MANILIAE VV MAX. + CVIVS EGREGIAM SANCTIMONIAM ET VENERABILEM MORVM DISCIPLINAM IN DEOS QVOQ PER VIGILEM ADMINISTRATIONEM SENATVS LAVDANDO COM PROBAVIT AIMILIUS FRATER ET R VFINV S FRATER ET FLAVII SILVANVS ET HIRENEVS SORORIS FILII A MILITIIS OB EXIMIAM ERGA SE PIETATEM PRAESTANTIAMQ.

Epitaphium Clæliæ CL. VV.

Templum  
vestæ sphæ  
ricum absolu  
luta forma i  
modū pilæ.

Perpetuus  
ignis in e  
vestæ.

Sacra vestæ  
palladium.  
Vestales. iiiii  
postea sex  
fuerūt & hic  
numerus  
mansit.

¶ Clæliæ Claudianæ. VV. MAX. religiosissimæ benignissimæq cuius ritus & plenam sacrorum etga deos administrationem urbis æternæ Laudebus. SS. Combroba Octauia honorata. VV. diuinis eius admonitib⁹ semp puecta; ubi a latere erat. ¶ Collocata. xii. Cal. April. XC. Aufidio Attico, & C. Alsinio pretestato COSS. Cōstat autem templum uestæ sphericum fuisse, absoluta forma, instar pilæ sine angulo de industria ita conditum in terræ speciem absolutam. Ouidius in fastis. Terra pilæ similis, nullo fulcimine nixa, Aere subiecto tam graue pendet onus. Stat uia terra sua, ui stando uesta uocatur, & rursus. Nil aliud uestam q̄ puram intellige flammam / Nataq; de flamma corpora nulla uides. In eude uestæ seruabatur perpetuus ignis ad similitudinem Solis, & Siderum perpetuæ lucis. Qui quoties extinguebatur / nouū / accēsa ex sole flamma pura elici oportebat; siue ut tradit Festus Ignis uestæ si quando interstinctus esset / Virgines uerberibus afficiebantur a pontifice, quibus mos erat tabulam felicis materiæ tam diu uerberare quo usq; acceptū ignem cri bro æreouirgo in eadem ferret. Sacra uestæ primus in Italiā æneas tulit. Virgilius Aeternūq; adytis effert penetralibus ignē. In templo uestæ palladiū & sacra Romanoꝝ sub uirginū custodia seruabat, vestales tēplici custodes legit quatuor Numa rex: easq; auctore Plutarcho uirgines sacrauit Geganiā / Beroniā / Camillā, & Tarpeiā, Duas

deinde teste Dionysio addidit Tarquinius priscus/ quia non uidebantur quatuor sufficere sacrificiis faciendis pro urbe ro. quibus opus erat/ adesse uestales, quæ postea fuerunt sex. Et is numerus manerit / ut qualibet tunc regio suam haberet uestalem quoniam tunc in sex regiones diuisa erat urbs. Incipiente Tarquinio secuti sunt reges cæteri. Idem primus inuenit supplicia/ quibus a pontifice punirentur ob incustoditam uirginitatem. Deprehensa una regnante eo Sacerdos quædam Pinaria publii filia interueniens non casta sacris. Solæq; uestales (quoniam feminæ erant) ad sustentandam uitam fructus habebant de publico, usq; ad tempora Theodosii Imperatoris. Cæteri uero sacerdotes uiuebant ex suis fortunis. Vestalis erat matrima, & patrima/ cuius parentes: domiciliū in Italia habebant. facultas erat uestalibus nubere post tricelimum annum, quo adscriptæ erant templo/ quæ nuperunt infortunatae, uelut exacrabiles fuerunt. Vestalis non accipiebatur a Pontifice minor sex annis, & maior decem/ ut scribit Aristius Iabeo, triginta annos erant in templo. Decem primis annis eruditiebatur ad sacra, decem secundis erat ministra, postremis decem præsidebat prima uestaliū uocabatur maxima, sicut hodie apud nos abatissa. Adeo gratum & uenerabile populo ro. id sacerdotium / ut sacrosanctæ haberentur / & concordiam inter Ciues sola ex auctoritate uestaliū ficerent. Cum a Pontifice uestalis eligeretur appellabatur Amata, ab illa prima electa, quæ Amata uocabatur. De incestu & Suppicio uestaliū sati multa Plutarchus in Camillo. ædem uestæ bonæ deæ, & Ceteris uiri non ingrediebantur, quamuis a uiris ædificarentur. Ea uero pars palatini montis supra templum uestæ, quæ maxime spectat forum ro. uocabatur Vellia / de qua. M. Varro ita inquit Vellia unde esset plures accepi causas. In queis q; ibi eundem hunc locum a pectori dictum putant/ q; ibi pastores bsum palatini ante tonsuram inuentam/ uellere lana misint soliti / ex quo uellera dicuntur, unde a uellendo Vellia dicta. In uellia apud ædem deum penatum Germalum a germanis Romulo & Remo dictum. In uellia præterea prius habitauit Val publicola/ q; edes in summo loco sitas demolitus ob afflictati regni suspicionē/ ad inferiora fori loca habitāda se cōtulit translata illuc materia/ habitauitq; in uico publico/ ut scribit Livius

Dicitur  
ut dicitur  
ad hanc  
hanc hanc  
hanc hanc

Vestaliū  
supplicia

Pinaria ve-  
stalis. P. filia  
stupro dep-  
hensa.

Vestalis ma-  
trima & pa-  
trima.

Nubēdi fa-  
cultas vesta  
libus post  
xxx. annos.  
Vestalis ad-  
ceptio.

Vestaliū pri-  
ma vocabat  
maxima.

Vestalis no-  
men amata.

pars palatini  
montis quæ  
forūm spez.  
et dicta ē.  
Vellia a vel-  
lendo.  
Germalū a  
germanis.

# ANTIQUITATVM

**Domus Ca  
tulli & Catilinæ.**

Tēplū deo  
ruz penatiū.

Forma deo  
ruz penatiū.

Lacus Curti  
tius.

Aedis Ca  
storis & Pol  
licis ad la  
cū Iuturnę.

A. Posthu  
mius dicta  
tor.

Eadem montis pars habuit Domum Catulli, & Catilinæ. In eiusdē montis cliuo ante ædem nunc Cosmæ & Damiani fuit olim templū deorum penatium, de quo Dionysius libro primo. Templum romę inquit ostendit haud procul a foro, ualde tenebrosum extrectum non magnum, in hoc sitæ sunt Deorum troianorum imagines, quas omnibus fas est uidere in inscriptione habētes DII. PENA TES. Sunt enim adolescentes duo sedentes pilam tenentes ueteris artis opera, multaq; alia deorum istorum simulacra in uetustis templis, & in omnibus iuuenes militari habitu apparēt. Erāt enim custodes urbis. Cicero pro P. Sylla. Dii patrii & penates, Qui huic urbi & huic Imperio præsidetis; qui hoc imperium; hanc libertatem po-ro. Qui hæc tecta, hæc templa me consule/uestro numine, auxilioq; se r uastis. Testor, & C. fuit præterea in media parte ro. Lacus Curtius / & hiatus terræ profundissimus: quem in locum Curtius quidam a postulione postulatus equo insidens armatusq; pro populi salute se deiecit. Hoc facto statim hiatus terræ in solidam terram rediit, & pestem, per quā se deuouerat, euanuit/ut scribit Liuius. Val. Max. Repentinum inquit & Curtii adolescentis nobilis in media parte fori præcipitio consolidatum / ubi magna postea decora fulserunt, Nullum tamen hodie pietate Curtii erga patriam clarius obseruat exemplum. Ouidius in fastis. Curtius ille lacus siccus qui sustinet undus: Nunc solida est tellus, sed fuit ante lacus. Curtium sabinum quendam militem fuisse, & dum iuxta eum locū bellum gereretur, in paludibus latuisse; anteq; cloacæ essent factæ, Quidam uero tradunt eum locum fuisse fulguritum, & ex S. C. sep-tum iubente Curtio Cos. fuit præterea in parte fori ad radices pala-tii templum Castoris, & pollucis iuxta iuturnæ fontem / & templū Vestæ/ extant magna eius ædis adiicia iuxta ponticulum lapideū, ubi nuper effossa marmora cum inscriptionibus. Quod templum communi titulo dedicatum sub nomine tantum Castoris dicebatur. Hoc de causa ibi conditum Nam cum A. Posthumius dictator ut scribit Cæcilius, apud Regillum lacum cum hostibus conflicitasset, ac uictor existeret, duo iuuenes candidis equis insigni uirtute ibi apparuerunt, quos dictator quæsitos ut dignis eos muneribus ho-noraret, non repperit. Castorem, & pollucem ratus, communis titulo dedicauit. Ouidius li. primo fast. Eratribus illa dies, fratres de gēte

deorum, Iuxta Iuturnæ composuere lacus; Eos fuisse adolescentes scribit Dionysius proceros redeentes e plio specie pugilū, Equosq; madidos sudore adducentes, alluentesq; ad Scaturiginem quæ manat iuxta ædem Vestæ, lacum faciens profundum, paruum, multis circumstantibus discere ab eis, & eos nunciasse uictores Romanos extitisse, Castoris, & pollucis simulacra ea credidere. Srabo sic inquit Cunq; in foro Castoris, & pollucis templum edificatum tantis uenerantur honoribus, quos uniuersi Conseruatores appellant. Cicero in C. Verrem, de latrocinio loquor ausum esse in æde Castoris, Quod tēplū in oculis, & quotidiano aspectu po. ro. positū est. Quo sapenumero Senatus cōuocatur. Eius teclū pulcherime laqueatū. Val. Max. libro primo Castorem inquit & pollucem etiam illo tempore pro Imperio po. ro excubuisse cognitum / quo apud lacum Iuturnæ suum / equorumq; sudore abluisse uisi sunt. Junctaq; fonti ædis eorum nullius hominum manu reserata patuit. Idem etiā dii eodem in loco uictoriam de Perse Macedonia rege, & de bello simbrico eodem die; quo uictor extitit. C. Marius ut tradit. L. Florus, in hoc ambitu fuisse aiunt Vulcani ædem ante cuius fores pependit usq; ad incendium Gallorum Sciphus ille, in quo Romulus & Remus fuerunt expositi ad radices palatii, ubi nunc est rotunda ædis S. Theodori, nam illuc usq; tyberis olim inferebat sinum ut scribit Propertius libro. iiiii. cum inquit Hac quondam tyberinus iter faciebat, & aiunt Remorum auditos per uada pulsa sonos. At postq; ille suis tantum concessit alūnis Vortunnus, uerso dico ab amne deus idem ferme scribit Ouidius. Nam antea Tyberis (ut omnes scribunt poetæ, & historici) influebat per uelabrum. Mutatusq; est eius aliueus à Tarquinio prisco, deinde magnis saxorum molibus a M. Agrippa in utraq; ripa dispositis coartatus. & ob eā rationē positum fuit in uelabro signum Vertuni. Qui erat deus in uertendarum rerum. Expositio autem puerorum fuit in Comitio, ubi ficus ruminalis, qui locus postea Germalum/q; germani essent frates, dictus est sub Caprifisco, quam Sacerdotes seruabant, ne interiret, nam si aruisset, urbis portæ disisset excidium. Cor. Tacitus eodem inquit anno Ruminalem arborem in Comitio, quæ. D. CCXL annos Remi Romuliq; infantiam texerat, mortuis ramalibus, & arescēte trunco diminutam prodigiū loco habitum est, donec in nouos fœtus reui-

Castoris &  
Pollucis si-  
mulacra.

Aedis Vul-  
cani.  
Scyph⁹ vbi  
Romulus &  
Remus ex-  
positi.  
Sphaerica  
ædis. S. theo-  
dori.

Expositio  
puerorum i  
Comitio.  
Ficus rumi-  
nalis.

# ANTIQUITATVM

Lupa nutrix

uisceret. Plynius etiam ita inquit ficus arbor in foro ipso, ac Comitio romæ nata sacra fulguribus ibi conditis, magisq; ob memoriam eius, quæ nutrix fuit Romuli & Remi conditorum urbis appellata/quoniam sub ea inuenta est Lupa infantibus præbens mammam (ita enim uocabant mammam) miraculo ex ære iuxta dicata, & ad ubera infantes. Liuius ad ficum inquit ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupæ disposuerunt. Ficus uero ruminalis dicta, uel a māma lupæ, uel q; sub ea arbore æstiuo tempore pecora ruminarent. Ouidius in fastis. Arbor erat, remanent uelutigia, quæq; uocatur Romula nunc ficus ruma ficus erat, ex qua quidem arbore picus martis pueris cibos inferebat. Ouidius libro, iii, fastorum: Lacte quis infantes nescit creuisse ferino; Et picum expositis sæpe tulisse cibos, nam sub ea arbore iussu Amulii expositi erant, unde obeā causam & eius lac quo pro coagulo pastores utebantur in maxima est habita ueneratione. M. Varro, Alii inquit pro coagulo addunt de fici ramo lac, ideo apud diuæ Rumiæ Sacellum a pastoribus satam ficum, ibi enim solent sacrificare; lacte: nō uino: pro lactentibus, mammæ enim ruminis, siue ruminare a rumi, & inde sub rumi dicuntur agni lactentes a lacte. Cæterum ne res tanta in arctum coniiciatur ab Liliæ puerperio paulo altius ut clarius pateat. Res repetenda, siue illa genii, siue mortalis potius compresiu prægnans facta est, ubi sibi uterum turgere sensit, simulata ægritudine in priuato se se continuit, non minus ad religionem, q; ad celandum uterum, & ut polluto corpore sacris abstineret, Quā rem per fidissimum medicum Amulius sciscitatus, illam grauidam depræhendit, & custodes adhibuit, Alii uero ita tradunt. Cū ea aquatum exisset in lucum Martis prope Albā a genio loci cōpresa, Ouidius in fast. Siluia uestalis (quis enim uetat inde moueri) Sacra lauaturas inde petebat aquas. Et quia locus Marti dicatus erat, dicunt a marte compresam, unoq; partu ædedit infantes, quibus Ruma, i. mamma lupæ nomen fecit. Alter Romulus, alter Remus appellatus est. Iubēte Amulio Ilia mater in Aniene submersa est. Infantes uero projecti in tyberim longius ab Alba. Faustulus subulcorum magister illos cum conspexisset sugere ubera lupæ, exceptos in alueolo Larentiae uxori educando dedit. Nam tyberis hiberna pluvia auctus stagnū cū illuie fecerat ut scribit M. Varro. Locus tūc sentibus squalebat.

Picus Martis.

Diuæ Rumæ, facellū

Rhea siluia  
vestalis quo  
prægnas fa  
cta est.

Romus &  
Remusfan  
tes.  
Ilia m̄ in  
aniene sub  
mersa.  
Pueri Laré  
tiæ tradunt  
educandi.

Ex proximis collibus Lupa sitiens paulo ante foeta descendens relictis catulis ubera infantibus præbuit, quod multis uersibus scribit Ouidius lib. ii. fast. De Ilia matre discrepant inter se scriptores, De natis uero ex Ilia. L. Cincius, & Calpurnius piso scribunt infantes ipsos in alueo iacentes iubente Amulio expositos iaciēdos in tyberim. xv. fere mil. pass. ab Alba distantem, ubi proprius astiterunt, uidentes q̄tyberim continuis imbris tumentem, superatis ripis in campos effluxisse. Erat enim tybris breuibus stagnis super ripas effusus, ne adiri usquam ad iusti annis cursu poterat. Discedentes a uertice palatii ad aquas ultimas, super aqua ipsa alueum expulsisse innatasq; ipsu parumper postea recedenti paulatim ab extremitatibus riuo illis lapidi, atq; subuersum infantes eieisse. Nā pueri uagientes cum per eluuiem uoluerentur lupa quædam apparet paulo ante foeta turgentibus lacte uberibus, ea submittebat ad ora puerorum lingua quoq; cenum abstergens quo pleni erant, Pa stores adueniunt greges agentes in pascua uidens unus lupam con uocat illuc alios rem ipsam spectatores, terrentes clamore lupā ipsa sensim ab infantibus diuulta in propinquum sacrum locum silua densa coniectum diuertit, qui petra caua fontes emittens Saltus panos esse dicebatur, ubi erat eiusdem dei Ara, in quem locum Lupa se recipiens diuertit. Antrum uero coniunctum palatio ædificiis ostē ditur iuxta uiam qua itur ad Circum, Templumq; ei proximum in quo est imago huius casus lupa præbens duobus ubera infantibus antiqua opera simulacra ærea, quæ hodie sunt in Capitolio, ut dictum est. Faustulus uero magister regii pecoris clam omnibus (ut scribit Plutarchus) illo sex suo loco asportauit. Fuit præterea in meidio foro Templum Iani, ut scribit procopius cuius ætate adhuc existabat sed incultum, cum inquit Templum Iani in medio foro Ro ex aduerso Capitolii paulo supra eum locum, quem nunc Romani tres parcas appellant. Erat enim Sacellum totum ex ære constitutū quadrata quadam dimensione locatum, tantæq; amplitudinis, q̄ta integrī Iani statua poterat ænea quinquepedalisq; Capite dumtaxat bifrons. Altera facies orientem, Altera occidentem solem respiciens, portæ utrimq; æneæ quæ pacis tempore claudebantur instanti autē bello aperiebantur, sed tunc incultum, propterea q̄ pudebat Christianos in eo templo ueteres ritus sacroꝝ referre; & uocabatur Ianus

Puerorum  
expositio.

Salt<sup>9</sup> panos  
& eius ara.  
Antrū palā  
tio iunctum

Simulacra  
ærea. lupo et  
infantium.

Téplū Iani  
in medio fo  
ro ro.  
Téplū æreū  
non magnū  
Iani statuæ  
tm capax.

# A N T I Q V I T A T V M

Ianus geminius.

Tēplū Iani ter ppud venter clausū

Iani templi forma in nominis matibus neronis.

Vmbilicus urbis.

Miliarium aureum.

Colūna aurea vbi incisae italię vię

Colūna mēnia.

Ludi gladiatōrii.

Cācelli fori Mēniana a mēnio.

Aedis victoriæ.

Scalæ annulariæ.

Domus Cēfaris augus. Pila horatia Spolia hora torum.

Atriū Mineruæ.

Porticus Iulia.

Tēplū ven. genitricis.

gemininus de quo Plynius libro. xxxv. nat. hist. ita scribit. Janus geminius a Numa rege dicatus qui pacis / belliq; argumento colitur digitis ita figuratis ut .CCCL. dierum notam per significationem anni temporis / & aui se deum indicat. Quod ter apud ueteres clausum fuisse memoratur / Semel. T. Manlio. Cos. Iterum sub Cæsare Augusto , tertium Vespasiano principe . Item Ouidius ita scribit Sanguine lætifero totus miscebitur orbis: Ni teneant rigidæ condita bella seræ. Virgilii. Sunt geminæ bellum portæ. Gordianus + ut tradit Iul. Capitolinus. Aperto iano gemino profectus est cōtra persas. Cuius templi forma uisitetur hodie in Nomismatibus Neronis. ubi titulus / PACE . P. R. TERRA MARIQ. PARTA IA. NVM CLVSIT . Fuit præterea in capite fori ro. Vmbilicus urbis & Colūna miliaria / siue miliarium aureum constitutum ad singulas portas, Quas ætate sua Plinius .xxiiii. fuisse ostendit. Plutar chus uero tradit fuisse colūnam auream; in qua incisæ omnes Italiam uiæ finiunt. Quam fuisse iuxta ædem Saturni scribit Tacitus cum inquit perrexisse cohortem ad aureum militarium sub æde Saturni Idez ferme tradit Plutachus in Othonē. Fuit etiam in hoc ambitu Colūna mēnia a Mēnio sic dicta , Qui absumpto patrimonio domū uendidit, reseruata sibi una Colūna , in qua ligna proiiceret; unde gladiatoriis spectaret ludos in foro. Cicero pro. P. Sextio, Venit inquit (ut scitis) ad Colūnam mēniām tatus ex omnibus spectaculis usq; a Capitolio , tantus ex fori Cancellis plausus est excitatus / ut nunq; maior consensio / aut apertior posse ro. uniuersi fuisse ulla in causa diceretur. A Mēniano præterea Mēniana dicta constat / Quæ sunt ædificia prominentia in ædibus. Suetonius. Pauci inquit e proximis mēnianis spectabant. fuit & iuxta forum ædis Victoriae / quam L. Volūnius ædilis. Cur. ex muletatitia pecunia faciendam curauerauāt, dedicauit. auctor Liuius / fuerunt & in latere fori ro. Scalæ annulariæ, & domus Cēf. Augusti, ubi p. xl. annos hitauit. Fuit & Pila Horatia, q; erat lapis angularis; supra quam spolia Horatior; pende bant. Fuit & Atrium Mineruæ: Porticus Iulia / & Templum Veneris genitricis; quam diuus Iulius excitauit. Appianus / erexit / inquit Veneri genitrici templum / ut prius ad pharsalium uouerat bellum initurus. Atriumq; templo circunduxit , Quod romanum forū esse uoluit: non rerum quidem uenialum, sed eorum / qui ad iura simul

conuenirent, Cleopatræ illustrem dæ imaginem templo contulit. Fuit & in Volcanali lotos a Romulo sata, radices eius in forū usq; Cæsaris per stationes Municipiorum penetrabant, ut auctore est Mā surius. Fuit & equus Cæsaris. Equus aureus Domitianus, & equus Cōstantini Imp. Fuerūt præterea tabernæ nouæ & ueteres, Liuus plu-ribus inquit simul locis circa forū incendiū ortum, Eodem tempo re Septem tabernæ, quæ postea quinq; & argētariæ, quæ nunc nouæ, appellantur arsere, compræhensa postea priuata ædificia, neq; enim tunc basilicæ erant, compræhensæ lathomiæ, forumq; piscarium, & Atrium regium, q; dis ueste uix defensa est. Locauerant inde quæ cir- ca forum consumpta incendio erant/ septem tabernas, Macellum, atrium regium. Tabernæ namq; fori prius septem deinde quinq;, Iuuenalis satyra prima. Sed quinq; tabernæ quadringēta parant, i.e. equestrem censem. Fuit præterea in foro ro. Cloaca maxima, quæ oia Vrbis purgamenta excipiebat, iuxta quam locus erat qui uocabat Doliola/a doliolis sub terra/ ubi non licebat spuere, quo in loco quæ/ dam mystica Numæ pōpilii condita esse putabantur. Nec desunt q; tradant Galloꝝ senonū in quibusdam illog; cineres fuisse conditos. Surgebant olim circa forum nouem fontes, qui postea ob ingentia ædificiorū fundamenta desierunt. Iminebat præterea foro rupes capitolina/ unde sontes præcipitabantur/ sicut nūc iugo eius collis fa- cinorosi puniunt. Extant ad radices mōtis templū sanctę Marię gra- tiag; & Tēplū consolationis/ uotis ac miraculis clarum. Vocabatur olim hoc forum/Romanum/ latium/ ac palladium. Et regio. viii. an- tiquæ urbis forum olim ro. dicebatur. & habebat magnum ambitū. Postea Iulius Cæs. deinde Augustus forum ipsum ro. ampliauerūt: quoniam non uidebatur unum forum satis esse ad causas agendas: sua uterq; princeps fora huic adiunxerunt/ & uocabatur iudicialia. Martialis ad Sextum, Causas inquis agam Cicerone disertius ipso: Atq; erit in triplici par mihi nemo foro, i. ro. C. Cæsaris/ & Augusti.

## Forum Cæsaris &amp; eius ornamenti.

¶ Forum Cæsaris dict. Ro. foro coniunctum/ & in eo ambitu fuisse creditur/ ubi nunc extat porticus Faustinę/ haud longe a domo sua, quod forum de manubiis inchoauit. Cuius Area supra seftertium milies consistit, ubi statuas pulcherrimas collocauit, inter quas Loricatam sibi dicari passus est, breui quidem spatiō forum, sed inter-

Cleopatræ  
imago.  
Lotos a Ro-  
mulo sata.  
Statiōes mu-  
nicipiorum  
Equus Cæs.  
Equus au-  
re⁹ dōitiani  
Equus Cō-  
stātinilmp.  
Tabernæ  
nouæ & ve-  
teres.  
Tabernæ ar-  
gentariæ.  
Lathomiæ.  
Cloaca ma-  
xima.  
Doliola.

Nouē fon-  
tes circa fo-  
rum ro.  
Rupes capi-  
tolina.  
Tēplū S.  
Mariæ gra-  
tiarū & Cō-  
solutionis.  
Forum ro.  
quod latiū/  
& palladiū  
dicitur.

## A N T I Q V I T A T V M

urbis ornamenta illud fuisse scribit Plinius. Ouidius libro tertio de trist. Hæc sunt fora Cæsaris inquit. Hæc est a sacris quæ via nomen habet. Hic locus est uestæ qui pallada seruat, & igne. Hic fuit antiqui regia parua numæ. Quæ loca erant olim ferme inter se cotti gua, haud longea domo sua: de qua Suetonius / habitauit inquit ante in Sabura modicis ædibus; post autem adeptum pontificatum maximum in via sacra / domo publica, quā postea Augustus sumptuose nimium a liuia ornatam solo æquari iussit: & in ea Porticus liuia extructa, ubi nunc sunt ruinæ templi pacis.

### De Foro Augusti / & eius ornamentis.

¶ Foro Cæsaris, & foro ro. iunctum erat forum Augusti, quod fuisse creditur, ubi nuic est templum sancti Hadriani in tribus foris, quod adhuc seruat priscum nomen: breue quidem spatio forum, ne possessoribus / & eius loci incolis ædes auferret, tanta erat in eo principie clementia erga suos ciues: sed uetustis simulacris ornatisimū forum, in quo locatum erat signū Castoris, & pollucis, cum Victoria/Alexandri magni, & eius imagine ab Apelle depicta, ubi & statua Coruini, & in eius casside pugnacis corui simulacrū. Suetonius in Augusto Publica inquit opera plurima extruxit, ex quibus præcipua Forum / cum æde Martis ultoris, quam Marti, bello philippē si pro ultione paterna suscepto uouerat. Fori autem extruendi causa fuit hominum, & iudiciorum multitudo, quæ uidebatur, nō sufficientibus duobus / etiam tertio indigere. Itaq; festinantius, nec dū perfecta Martis æde, publicatum. Cautumq; ut separatim in eo publica iudicia / & sortiones iudicum fierent. Sanxitq; ut de bellis & triumphis consuleretur hic. Senatus prouincias / cum Imperio potituri hinc deducerentur. Quiq; uictores rediissent / huc insignia triumphorum inferret. Quod forum postea ab Hadriano Imp. instauratum est. Vnde opinio orta / Hadrianum ipsum / ibi templum sub noī suo extruxisse / quod postea ab Antoninopio. dicatū ut infra dicetur. Idq; Hadrianum primum pont. max. Hadriano martyri dedicasse in tribus foris / quod adhuc extat ex ueteri structura, & æreis portis satis cōspicuum. Iul. Capitonius in Antonino pio. Opera eius inquit hæc extant Romæ tēplum Hadriani honori patris dicatum, Græcostasiū post incendiū restitutū / instauratum Amphiteatrū. Se pulchrum Hadriani. Templū Agrippæ. Pons sublius,

De foro

Dom<sup>o</sup> Cæs.  
Porticus li-  
uia.  
Tēplū pacis

Signū Ca-  
storis, &  
Pollucis.  
Victoria  
Ale. magni  
& eius ima-  
go.  
Statua Cor-  
uini.  
Aedis Mar-  
tis.

Templum  
sancti Ha-  
driani in tri-  
bus foris.

## De foro Boa. io &amp; eius ambitu.

Inter forū ro. & Tiberim occurrit forū boariū ab æneo bouis simu-  
lacro nuncupatum, quod erat ibi positum, ut scribit Oui. in fast. cū  
inquit Hic ubi pars urbis de boe nomē habet. Plinius uero bos ait  
æneus in foro boario erat romē captus e Genitico insula officinaq; tē-  
peratura nobilitata / & herculis ab Euādro positus in foro boario ue-  
stitus habitu triūphali. Cor. Tacitus ita scribit Iḡf a foro boario, ubi  
æneū Taūri simulacrū aspicimus, qd id genus aialiū aratro subdit̄,  
Sulcus designādi oppidi ceptus, ut magnā herculis arā cōpletearet /  
& q̄sequunt̄. Sunt qui tradāta negociatoribus boariis ita dictū: Ar-  
gumēto est paruus / ac ruinosus arcus iuxta ædē nunc + S. Georgii in  
Velabro. ubi titulus in postrema parte ita uocatus / negotiatores boa-  
rii, q; ibi boues uenderētur / sicut nūc in foro ro. manetq; argumentū  
sacrificior̄ / ubi tauroq; immolationes & instrumēta / cū uictimariis /  
& sacrificolis ad rē accinctis. ubi & proximus Janus quadrifrons ad  
huc extat marmoreus male integer / celebris olim mercator̄ locus in  
regione basilic̄. Plures olim apud ueteres fuerūt Iani, quoq; hic tñ  
nūc extat; nā Janus trāsitus siue logia uocatur. M. Varro scribit Ianu  
xii. aras pro totidē mēsibus fuisse dicatas. Iani p oēs regiones īcru-  
stati, & ornati duo præcipui, unus in foro boario, & alter in foro ro.  
ad arcum fabianū, Janū inquit Liuius ad sinistrū argiletum & hūc  
priscum, plures uero posteriores. Oui. lib. i. fast. Cum tot sint Iani,  
cur stas sacratus in uno, Hic ubi iuncta foro templa duobus habet.  
Solus hodie hic quadrifrons a quatuor orbis partibus siue anni tem-  
poribus ita constitutus, quia ipse deus anni est princeps. Vnde &  
Januarius mensis dictus est. Iandum primus Numa iuxta Theatrū  
Marcelli bifrontem fecerat, sed postea captis phaleriis ciuitate Tu-  
sciae / inuentum est Simulacrum Iani quatuor frontibus, propter  
quatuor anni tempora. Vnde quod Numa instituerat, translatum  
postea in forum transitorium quod erat tunc boariū, quod deinde  
uocabulū inditum est foro Neruæ, multis post sēculis condito. Et  
quatuor portarum unum templum Iano institutum in uelabro. Du-  
plex enim erat uelabrum maius, & minus & in utroq; Iani. Maius in  
foro olitorio, ubi prius erat Ianus biceps, minus / ubi Ianus quadri-  
frons: quod adhuc extat. ubi celebris olim Mercatorum sedes: ubi  
feeneratores consistebant: ut Cicero, & Horatius tradunt. Ouidius,

Bouis simu-  
lacrū.Geniticos  
insula.  
Hercules  
vestit⁹ hītu  
triumphali.  
Simulacru⁹  
tauri ex ere.  
Designatio  
vrbis aratroIanus qua-  
drifrons.Ianus quid:  
Plures in vi-  
be Iani:Forū transi-  
toriū duob⁹  
in locis.Duplex ve-  
labrum. vnū i  
foro olito-  
rio. alterū in  
foro boario

# ANTIQUITATVM

- Puteal libo/  
nis.  
Fornix Fa/  
bianum.  
Aedes Se*tī*  
Georgii in  
uelabro.
- Velatura qd
- Sinus tibe/  
rinus:  
Cesatis triū  
phus.
- Cliuus pu/  
blicus.  
Vicus iuga/  
rius.
- Antrū Caci
- Dux ædes  
herculis vi/  
ctoris.  
ædis hercu/  
lis rotunda  
& parua.  
In ḥdē her/  
culis neque  
musce neg/  
canes intrār
- Sacellū her/  
culis ī foro  
boario:
- Qui puteal/ianumq̄ timet/celeresc̄ Calēdas. Pluteal aut̄ locus erat  
ubi causæ agebant̄, id fuisse credit̄ in foro, iuxta fornici fabianū,  
q̄ ibi Libo ius dixerit, nā Libonis puteal uocabat̄, extat adhuc in ue  
labrotēplū. S. Georgii, qđ Zacharias papa natiōe græcus excitauit  
unde in hodiernū usq̄ diē dī. S. Georgius in uelabro/qđ imperiti  
ad uellus aureū pronūciant. Velebro aut̄a uelatura nomē inditum,  
Nā anteq̄ paludosæ cōualles/& restagnatiā circa Tiberim loca desic  
carentur, Scaphis, & Cymbulis opus erat e palatio, & citerioribus lo  
cis in Auentinū nauigare/& pro uelatura stipē soluere. Propertius.  
At qua uelabri regio patet/ire solebat Exiguuspulsa per uada lynter  
aqua. Oui, in fast. Qua uelabra solent in circū ducere pompas/ Nil  
præter salices/craſſaçp cannā fuit. Hic, ubi nunc forā sunt lyntres er  
rare uideres, Quaq̄ iacent ualles maxime circe tuæ. Quę restagnatio  
ex eruptionibus tiberini flexuosi illic sinus fiebat, antequam Tar  
quinius Priscus alueum mutaret. Suetonius in Cæſare gallici triū  
phi die uelabrum præteruehens pene curru excusus est axe disfra  
cto, ascenditq; Capitoliū ad lumina. Ix. Elephantibus dextra, & si  
nistra lycnos gestatibus. A uelabro olim incipiebat Cliuus publicus  
ad Capitolii arcem. In hoc ambitu erat uicus iugarius inter forū ro  
& boarium/ Liuius/Saxum ingens inquit Capitolio in uicum iu/  
gariū procidit & multos opressit. Aiunt Herculē ab Euandro exce  
ptum liberasse ea loca a latrociniis:& formidine Caci; Cuius antrum  
erat in Auētino Ouidius in fast. Cacus Auētinæ timor atq; infamia  
filiuæ, Non leue finitimi hospitibusq; malū. Ob cuius rei memoriam  
duas ædes uictori herculi excitatas fuisse memorant, unam ad portā  
trigeminam/ubi interfecto Caco raptas boues recepit. ut meminit  
Macrobius. Alteram in foro boario rotundā/& paruā, ut scribit Li  
uius, quæ adhuc extat; in ripa tiberis sub titulo nūc. S. Stephani p  
tomartyris. Quæ depicta dicitura Pacuvio poeta Ennii sororis filio.  
Plynius in ḥde inquit herculis in foro boario; neq; musce, neq; canes  
intrant / sub cuius limine claua latebat. Hercules inquit Solinus  
suo quoq; numini cōstituit aram; quæ maxima apud pōtifices dice/  
batur; Cū se e Nicostrata Euandri matre/ quæ a uaticiniis Carmēta  
dicta est; immortalē compriisset cōceptū et intra ritus sacroꝝ factis/  
bouicidiis docuit potitios. Sacellū herculis in foro boario, in quo ar  
gumēta & cōuiuī, & maiestatis eius remanēt; nā diuinit̄ nec muscis

nec canibus ingressus est. Et n. cū uiscerationē sacrificolis daret: mūscarū dī imprecatus deū. Clauā uero in aditu reliquisset, cuius olfactu fuderet canes: idq; usq; nūc durat. Fuit p̄terea diuersa ab hac æde herculis ara i eodē foro haud lōge ab hoc loco/ i aditu Circi max. Luius tradit Euandrū/ primā herculi arā cōdidisse in auētino: & herculē struxisse sibi arā/q̄ maxima dicta est. Oui, in fast. Immolat ex illis taurū tibi iuppiter unū Victor/ & Euādrū/ruricolasq; uocat/ Cōstituitq; sibi(q̄ maxima dī)ara. Hic, ubi pars urbis de boue nomen habet, ad quas hercules decumas obtulit/ ut scribit Dionisius. & uocatura Romanis maxima/est. n. in foro boario pxima ueneratiōe, q̄ apud incolas inter ceteras p̄cipua; nā deieratiōes p̄ ea fiunt/ & contētiones, uolētes aliquid firmi cōfiscere, & decumationes siūt ex uotis: ornatu tñ ipso multo inferior q̄ opinione. Erat. n. subterranea crypta ubi in eius ruinis ætate mea effossum fuit herculis æneū, auratūq; Simulacrū, quod nūc est in Capitolio in ædibus Conseruator̄. Consecrataq; ædis postea a Senatu/monitu Sibyllinor̄. Car. sub dictatore Sylla: quā dedicandam probauit Ouid. in fast. Altera pars Circi custode sub hercule tuta est/ Quā deus Euboico carmine munus habet. Et rursus. Si quæris titulos/ Sylla probauit opus, sed potius custodis herculis ædes in circō fl. fuisse creditur/ ut postea diceat. Colebatur. n. hercules grēco cultu/is uicto Gerione, & ab actis eius bus, illuc appulit/ & ab Euādro/hospitio exceptus. Erāt ante illic nemora, & silvestria loca. Virg. li. viii. qn. Hæc nemora indigenæ/fanni/nymphæq; tenebant. Tradūt Seruium Tullium duo templā in foro boario excitasse, unū fortunę p̄spex, & altera matris Matutæ. Prosperæ nulla extāt uestigia. Oui. li. vi. fast. Lux eadē fortuna tua est/auctoř locusq; sed sup inductis qd latet/ qdē togis, erat. n. eius statua uelata, q̄ pudebat cœlestē deā cū mortali cōcubere/nā cū illo nocturno tpe/p fenestrā/q̄ porta fenestella dictaē/ igrēssā cōcubebat ut scribit Plutarchus in problematis. Oui. in fast. Nocte domum parua solita est intrare fenestra. Vnde fenestelle noīa porta tenet, prospera uero dicta, q̄ in hoc uno rege non fuit cæca: arserat enim hoc templum, & statua eius mansit illesa tuente patre eius Vulcano. Nam ex genitali (ut aiunt) in cinere uiso conceptus est. Matris uero Matutæ ædis in foro Boario adhuc extat quota pars rotūditatis inter proxima nūc prostibula iuxta Circū maximū. Idē

Ara Hercu  
lis q̄ maxia  
dicta est.

Aencū her  
culis simu  
lacrū:

Templū  
Matutæ/ &  
templū for  
tuuq; prospe  
ræ a Setuio  
Tullio cōdi  
ta in fo. Boa  
rio.  
Porta fene  
stella.

Prosperavī

Templū  
Matutæ.

## ANTIQUITATVM

Matutæ et  
fortunæ p  
speræ festū.

Aedis pudi  
citæ patritiæ

Pudicitiaæ  
plebeiaæ Sa  
cellum.  
Argiletum  
ab Argo di  
ctum.  
Argiletum  
duplex.

Vertūnus.

Argiletanæ  
Tabernæ.

Téplū Iani

in eodem. Itē bonæ matres uestrū matalia festū, Flauaq; thebanq;  
reddite liba deq; Potibus & magno iūcta est celeberrima circo, Area  
quæ posito de boue nomē habet. Hic ubi luce ferūt maturæ sacra pa  
renti Sceptriferas serui tépla dedisse manus. Camillus/ingt Liuius  
ædē Matutæ refectā dedicaturus iaz ante a rege Tullio dedicatā, eo/  
dem die Matutæ, & fortunæ p̄speræ festū celebrabatur, & utrumq;  
téplum uno incendio absumptū. Idem in eodcm fœdū incendium  
inter Salinas, & portā Carmentalē cū æquimelio, iugarioq; uico la  
te uagatū in téplo fortunæ & matris Matutæ, & Spei extra portam.  
Fuit p̄terea in foro boario èdis pudicitiæ patriciæ ab Aemilio cōdita/  
quæ adhuc extat ueteri structura/ex lapide tiburtino: uetus late iam  
pene collabens quadrataæ & angustæ formæ in ripa tberis sub titu  
lo nunc Sanctæ Mariæ ægyptiacæ inter enopolia & p̄stibula. iuxta  
pontem eiusdem nois, haud lōgc ab æde herculis rotūda & parua,  
de qua supra dictū est. Pudicitiæ ædē nō ingrediebant' nisi pudicæ  
ac nobiles matronæ. Liuius insignē inquit supplicationē fecit certa  
men in foro boario ad ædē rotūdā/& paruā herculis inter matronas  
ortū. Vñ Propertius li.ii. Tépla pudicitiæ quid opus statuisse puel  
lis: Si cuius nuptæ quidlibet esse licet, a cuius sacrī arcebātur ple  
beiæ. Ea de causa excitatū est alterū pudicitiæ plebeiæ Sacellū in ui  
co lōgo a uirgine plebeia plebcio uiro nupta/cōstitutū, ut scribit Li  
uius. Fuit p̄terea in foro boario Argiletū ab hospite Euātri Argo(ut  
placet Virgilio) nūcupatū, q; illic Argus fuerit sepultus, uel ut alii  
putat ab argilla creta q̄ illic effodiebatur. Fuit aut̄ Argiletus duplex  
vz summus/& imus. Sūmus in principio uici tusci inter Circū max.  
& Auētinū/ubi lētū Argi simūl & sepulchrū. Imus uero ubi Ianus  
quadrifrōs. in uelabro; Qui & Vertūnus in fine uici tusci sub Capito  
lio; ubi Saturniæ uestigia/& frequētes rex uenaliū tabernæ. ubi & li  
bri erāt uenales. Martialis. Argiletanas mauis habitare tabernas.

### De Foro Piscario.

Forū p̄scariū/inter boariū/& olitoriū iuxta tiberim fuisse credit̄  
ut scribit. M. Varro/cū inquit/foro p̄scariū secundū tiberim ad ianū  
uocat/cuius téplum/ut dixi/erat iuxta Theatrū Marcelli, In eo am  
bitu ubi nūc est ædis. S. Mariæ in porticu. In foro p̄scario nō modo  
pisces olim/sed aliq; diuersæ res uendebantur. Plautus/apud p̄scariū  
inquit, ubi uariæ res uenduntur.

## De foro Olitorio &amp; antiquis eius templis .

**C**Forum olitorium extra portam Carmentalem/inter Capitolium/ & Tiberim; ubi nūc Theatru<sup>z</sup> Marcelli qui locus hodie uulgodici tur Platea montanaria, ubi fuit templū Iani, quod Gn. Duillius uo/ uit/diuersum ab illo/quod Numa cōdidit, Tacitus libro.ii. Dedica uit inquit & Iano templū Tiberius Cæs. quod apud forū olitoriū Gn. Duillius, qui primus rem+ro. prospere mari gesſit, uouit; trium/ phūq; naualē de pœnis meruit, Ad hoc templū(ut nōnulli tradūt) bellū suscepturus cōsul frequenti senatu primoribus patrū, ac mili/ tibus comitatus, Ipseq; gabino cinctu sollēni more fores templi reſe rabat, ut Maronis quoq; carmen testatur. Spei aūt ædis a Germani co sacratur, quā M. Attilius Glabrio Xuir uouerat/statuāq; aurata, quæ prima in Italia uisa est, quo die cū rege Antiocho apud Termo pylas pugnasset, locaueratq; idē ex S.C. auctor Liuius. Fuit & in eos dem foro templū pietatis/ubi nunc est Theatru<sup>z</sup> Marcelli/ut scribit Plinius/& Solinus: fuit & Colūna lactaria/ad quā infantes lacte alē di deferebātur. forū aūt olitorium/ut scribit Varro/erat antiquū Ma cellū/ubi olerū copia/Ea loca inquiēs etiam nūc lacedēmonii uocat Macellū/Sed Iones ostia hortorū Macellotas dicunt/fuerunt olim a dextro Capitolii latere cōtinuata fora/& inter se cōtigua / Olitoriū Piscariū. Boariū. Romanū. Iulii Cæs. & Augu. Neruæ, & Traiani.

## De foro Neruæ, siue transitorio.

**C**Supra forum Ro. occurrit forum diui Neruæ Imperatoris inter ædēm nunc. S. Hadriani in tribus foris/& templum. S. Basiliī, ubi nunc sunt horti ad radices Capitolii. Fuit aūt forum satis cōspicuū in cuius medio ut scribit Pausanias stabat Columna ænea mire ma gnitudinis / quæ sustentabat totum fori tectum / ex Laminis Ori calchi. substructum; ubi intrinsecus lumen erat ambiguum, cœptū ante / id forum a Domitiano / ut tradit Sueto. cum inquit/ Nouam autem excitauit ædem in Capitolio Ioui custodi / & forum / quod nunc Neruæ uocatur / quod transitorium dicitur/ut scribit Aelius Spartianus in Alexandro seueto ita inquiens/Statuas Colloſſas, aut pedestres nudas/aut equeſtres diuis Imperatoribus in foro diui Neruæ / quod transitorium dicitur / locauit/cum titulis/& colūnis æneis/ quæ gestorum ordinem continerent. Idem princeps etiam statuas summoꝝ uirog in proximo Traiani foro collocauit/undiq;

L iii

Templum  
Iani. a Gn.  
Duillio vo/  
tum.

Aedis Spei.

Templum  
Pietatis.  
Colūna la/  
ctaria.  
Antiquum  
macellū ole  
rum.Columna  
ænea.ædes Iouis  
custodis.

# ANTIQVITATVM

translatas/ut hoc modo sui generis obscuritatem contegeret. Vnū ex omnibus Neruæ forum habet hodie ornamenta quædam uetus state,& incendio corrupta/& parietes amplos a superiore latere/ubi etiam parua porticus incendio ferme absumpta/qui locus hodie ab imperitis uocatur Arca Noe. aberuditis uero Arcus Neruæ + extat adhuc a dextro latere duo fornices iactu lapidis inter se distates nudi tamen + ubi quædam triumphalia ex marmore ornamenta uisuntur.

## De foro Traiani/& eius ornamentis.

Contiguum neruæ foro erat forum Traiani inter Capitolium, & Quirinalem extructum, ubi columna Cochlidis adhuc extat erecta, fuit autem forum ornatissimum/cum templo/& equo æneo eiusdem principis, ubi erant ornamenta ex toto terrarum orbe exquisita, & porticus adeo mirabile opus/ut qui intuerentur/non potuerint credere manibus hominum facta, sed gigantum, cuius fragmēta nuperime e profunda terra eruta uidimus. sub capitolio/e lapide candidissimo miræ amplitudinis, ad quod forum ædificandum pars Quirinalis, quæ Capitolium contingebat excisa/autq; solo equata/ne suo spatio fraudaretur. de quo Cassiodorus in Epistolis/Traiani forum inquit assiduitate uidere/miraculum est. Ad quem locum cum Cōstans Constantini filius Cōstantinopoli natus, & educatus peruenisset/ singularem structuram primum attonitus cernens, p̄q; giganteos contextus circumferens mentem/Omni itaq; spe talia cōficiendi/amota/Traiani Equum solum locatum in Atriī medio imitari se uelle dicebat, cui regalis Orsmida respōdit stabulum prius tale condas. Cuius equi imago uisitetur in eius principis Nomismatis, in quibus pro maiori parte/a tergo tituli leguntur. S.P.Q.R. OPTIMO PRINCIPI.

## De Foro Suario/& Archimonio\*

Sub eodem Quirinali monte/inter palatium nunc uetus. D. Colūnensium & uiam quæ ducit in montem Caballum/ ubi hodie sunt horti. Fuit olim forum Suarium a suibus cognominatus/ quod illuc apud ueteres/sues uenderentur: Argumento est ecclesia condita sub titulo. S. Nicolai de porcilibus. Veteres enim separata & constituta habebāt loca/ubi res peculiariter uenderent. ut forū hoc suarium/ ubi sues, piscariū/ubi pisces, Olitoriuū/ubi olera prisci ro. mercarent

Parua por-  
ticus.  
Arc⁹ neruæ

Colūna Co-  
chlidis.  
Equus Tra-  
iani.

**P**ost hunc locum / iactu fundo / sub monte Apollinis olim & Clatre fuit forum Archimonium / ubi nūc est templū sancti Nicolai de Archimoniis, quod corrupto uocabulo hodie ab imperitis profertur nisi forte a romana familia eius nominis, ei templo appellatio est. Multa enim uocabula ob litterarum ignorationem imperitum uulnus perperam pronunciat. Nam rusticis (ut fertur) ac feminæ latīnam linguam corruerunt. Cicero autem inquit fœminas semp̄ patrīam linguam in qua natę sunt retinere, sed credēdū potius a barbaris / qui per tot sæcula Italiam tenuere / corruptam.

## De foro Sallustiano \*

**I**n dorso Quirinalis iuxta leuum montis supercilium inter tēplū sancte Susanne / & portam Salariam fuit olim forum Sallustii ornatum Salustianis eminens hortis / cuius extat magna uestigia e regione Thermarum diocletiani / quod ex pecunia / ex africa quam prætor rexit reportauit / ut postea dicetur.

## De Ceteris urbis antiquis foris \*

**F**uerunt præter supra dicta / & alia non nulla antiqua foras quorū tñ nomina nūc extant / ut forum Cupediniis a Cupis / siue cupiditate dictum. M. Varro. Hæc omnia postq̄ contracta in unum locum, quæ ad uictum pertinebant, ædificatus locus, & Macellum dictus / fuit præterea forum pistorium, & rusticorum. forum palladium qđ & Romanum esse quidam uolunt / uel a templo palladis / uel ab atrio Mineruæ / quod illic erat. Martialis Liberum magni lucensis quære secundi, Limina post pacis palladiumq; forum. Nec desunt qui tradant forum palladium fuisse in palatio supra arcum Titi Imp. a sinistris uię / qua nunc in montem ascenditur, ubi extat adhuc magna area quadrata formæ parietibus undiq; circunsepta / ac manu de industria facta. Argumento / q; illic extat parua ædis / sub titulo sancti Andreæ in pallara / corrupto uocabulo / pro palladia. Vbi se pulchrum uisitum Ioannis papæ viii. Visebantur præterea ibi duę ante hos annos marmoreæ portæ ex ueteri structura satis conspiciue, quæ facile cæteras urbis portas / materia / & artificio superabat.

Foro Cupido  
cinis.

Macellum.  
Forum Pa  
lladium.

Aedis Sancti  
Andreae in  
pallara.

# ANTIQUITATVM

Andreae Fuluii de antiquitatibus Vrbis,  
ad Clementem VII. Liber quartus.



Rcus triumphales a triumpho dicti/his erigi solebant, qui prouincias & urbes, aut externas nationes expugnabant, ac bello superabant, rebus itaque bene gestis/in urbem uictores redibant, & in capitolio/loui gratulatum/quo/diis uota per soluturi/conscendebat, procedente rerum longo ordine/ac pompa/albis insidentes quadrigis,

Iuxta currus/captiuorum; catenatorumque agmen miserabile. Preces/ debant aut currum triphantis captiui usque ad templum capitolini Iouis. Hinc/atque hinc magna spectantium astante turba; Necnon & Simulacra oppidorum/& fluviorum triumphis ducebant. Vnde Luius refert Scipionem asiaticum duxisse simulacra. CCXX. oppidorum. Ouidius. Hic est Euphrates preinctus harudine frontem, Si mili modo Nilus in triumpho Cesaris & Rhenus domitiani. Que uel huiusmodi simulacra uidere licet nuc in arcu. L. Septimii. & Flauii Constantini Imp. Arcus ipsi triumphales ab Imperatoribus cepta. uere. Plinius suo tempore ait ceperisse: Neque antiquorem/que Titi arcu Romae uidemus. Nam antea ponebantur Statuae triumphales/ uel triumphalia ornamenta, sicut trophaea. C. Marii de bello cimbrico/ que adhuc extant in exquiliis. Fuerunt autem plures/ex his tantu hodie minus lesi apparent tres in regione uiae sacre Constantini. Titi, & seueri Imp. quos suo ordine/non tempore prosequemur.

De Arcu triumphali Constantini Imp.

Occurrit autem in ordine triumphalis arcus Flauii Constantini/ in angulo palatii/ iuxta Amphitheatrum + quod Colosseum uocatur. triumphalibus/sed nunc male integris ornamenti conspicuus atque ex omnibus minus lessus/cum trophyis/& uictoriis a lati: in utroque frontispicio/post bella ciuilia excitatus /superato Maxentio tyranno apud pontem Milium. Cuius inscriptio talis est.  
IMP + CAES + FLAVIO CONSTANTINO MAXIMO  
P + F + AVGVSTO + S.P + Q + R. Quod instinctu diuinitatis:  
metis magnitudine cum exercitu suo iam de tyranno que de omnifactio-  
ne uno tempore rem + pultus est armis/ arcum triumphi insignem

Arcus Titi  
oīz antigor.

LIBER . IIII . Arcus triumphales fol. XLIX.

dedicauit . Extant in maiori fornice interius a dextris & sinistris .  
Hinc liberatori Vrbis + Illinic Fundatori quietis . & in superioribus  
uisuntur a fronte & a tergo quatuor in locis . hinc uotis . X . Hinc uo-  
tis . XX . Quæ uota in magnis periculis uocabantur . ut appareat et  
in eius principis nomismatibus . Solusq; toto Imperio po . ro . cū ita-  
peraret cognomen induit Maximi / cū antea Alexandro magno / &  
Cn . Pompeio magni cognomen solum datum est . Iuxta hunc arcū  
extat adhuc dimidiata rotū clitas antiquæ metæ quæ dicebatur me-  
ta sudans in cuius uertice erat æreum Louis simulacrum . ideo meta  
sudans quia ex ea uberes manabant aquæ ad extinguendam ple-  
beculæ sitim ex proximi Amphitheatri spectaculis .

¶ De arcu Titi Vesp. Imp.

¶ In media summa uia sacra surgit Arcus Titi Vespasiani Imp . om-  
nibus in urbe / ut tradit Plinius / antiquior . Paruuus quidem ac uetu-  
state mutilatus , extructusq; deuictis Hierosolymis præclarissima  
olim Orientis urbe / ubi breuis tituli inscriptio .  
S . P . Q . R . DIVO TITO DIVI VESPASIANI . F . AVGVSto  
ubi quadriga triumphantis cum uictoria , præcedentibus . xii . cōsu-  
laribus fascibus ab uno lateri / ab altero uero Triumphi sunt spolia /  
Aureum candelabrum septem ramorum ; in quibus erant septē lu-  
cernæ significantes septem stellas errantes , & duæ tabellæ marmo-  
reæ Mosaicæ legis / Vasa templi , Mensa aurea , pôderis taléti magni ,  
cum aliis gentis spoliis / ut scribit Iosephus . Quæ omnia condita fue-  
runt in proximo Pacis templo / a Vespasiano patre post bella ciuilia  
extructo / qui cum Tito filio in eodem curru triumphauit teste Trâ  
quillo . Martialis ad Domitianum . Frater idumeos meruit cū patre  
triumphos . Quæ datur ex Cattis laurea tota tua est .

De Arcu . L . Septimii seueri .

¶ Extat & . L . Septimii seuerii Arcus in foro Ro . ad radices Capitolii  
omium olim pulcherrimus , nunc uero semiustus / & deformatus /  
ubi in utroq; frontispicio prominet alatæ uictoriæ cū trophyis Ter-  
restris / naualisq; bellii Simullacra / a frôte / & a tergo cū inscriptione .  
IMP . CAES . SEPTIMO SEVERO Pio pertinaci AVG . pa-  
tri patriæ parthico Arabico / & parthico Adiabenico Pôr . max . Trib.  
pot . xiii . Imp . x . Procos . & Imp . Cæs . Aurelio Antonino Aug . pio se-  
lici Trib . pot . yi . Cos . procos . PP . optimis fortissimisq; principibus

Vota in ma-  
gnis pericu-  
lis .  
Maximi co-  
gnomen .

Meta sudās

Simulacra  
Spoliorum  
Iud.

Tēplū Pacis

## ANTIQUITATVM

ob rem+p+restitutam Imperiūq; propagatum insignibus uirtutibus eorum domi forisq;. S. P+Q. R. Sed triumphum respuit/ne uidere& deciuli triumphare uictoria offerentibus ei patribus/& q; affectus articulari morbo in curru consistere nō posset/filio sane eoneessit.

De Arcu Boario.

¶ Visitur adhuc in uelabro iuxta templum sancti Georgii exiguis & parum integer arcus Boarius/qui creditur Argentariorum & ne-gociantium boariorum suisse/qui in proximo marmoreo quadriforo te Iano uersabantur.ut inscriptio ibi multiplex significare uidetur haud multum a superiore discrepans. IMP. CAES. L. Septimio se-uero pio pertinaci aug. Arabic. Adiabenic. Parthic. M. fortissimo felicissimoq; principi Pont. max. Trib. pot. xii. Imp. xi. Cos. PP. Et Imp. Cæs. Aurelio pio felici aug. trib. pot. xii. pp. procos. fortissimo felicissimoq; principi. Et Iuliæ. ii. & Senatus, & patriæ. Et Imp. Cæs. M. Aurelii Antonini pii felicis Aug. parthici maximi argentarii/& negotiantes boarii huius loci deuoti numini eorum.

De arcu Flavii Domitiani Imp.

¶ Extat adhuc in uia flam. prope sanctum Laurentium in Lucina/ arcus ut creditur Domitiani Imp. qui nunc a Romanis uulgo dici-tur Arcus Tropholi+uel trophei/a tropheis quibus orniatus olim fuerat/uel tripolis/ut quibusdam placet/ob uictoriam trium urbiū, prout ueterem inscriptionem superioris saeculi nostri patres se legis se rettulerunt. At nunc totus mutilatus/& suis ornamētis/ac titulis denudatus. Quem Domitiani Imp. suisse eruditiores tradunt/ argu-mento sumpto ex uerbis Suetoni/Qui scribit Domitianum somnia-tem se a Minerua destitutum/& illam excedere sacrario. Negantēq; se ultra tueri posse. q; ex armata esset a Ioue/ut Simulacra eius rei ibi marmorea extant. Martialis. Stat sacer/& domitis gētibus arcus ouans. Nam & ipse per omnes regiones fecit/Ianos/arcusq; cum in-signibus triumphalibus. qui postea oēs euersi sunt ut tradit Dion. cum inquit arcus qui in ipsius unius titulum/ac nomen substructi/ euertuntur.

De Arcu Galieni/& Gordiani Imp.

¶ Surgit adhuc in exquiliis iuxta ædem. S. Viti in Macello Arcus Galieni Imp. ex tyburtino lapide satis rudis/cū inscriptione hmōi. Galieno clementissimo principi/cuius iniuncta uirtus sola pietate su-

perata est. M. Aurelius uictor numini maiestatis eius.  
Fuit & in eadē regione in aggere Tarquinii Arcus Gordiani Imp.  
marmoreis ornamentis & trophœis ornatissimus: Cuius marmora e  
profunda tellure eruta uidimus; atq; in ornamenta palatii & Tem-  
pli sancti Laurentii in Damaso translata iussu. R. D. Raphaelis  
Riarii Card. S. Georgii.

De arcu siue fornice Fabiano & cæteris arcubus.

Fuit præterea in foro Ro. Arcus siue fornix fabianus in via sacra  
iuxta regiam/ ut scribit Asco pedianus / cum inquit fornix Fabiani  
arcus iuxta regiam in via sacra a Fabio Censore constructus/ qui deuicit  
etis Allobrogibus nominatus/ ibi q; Scuta eius posita præter ea est.  
Cicero pro Cn. Plancio Ne illum accuso qui est in summa sacra via  
cum ego ad Fabium fornicem impellor. Haud procul hinc erat Cal-  
purnius fornix/iuxta quem. C. Gracchus fragmēto subsellii ictus oc-  
cubuit. Fuerunt in eodem foro Arcus lateritii Romuli conditoris  
qui durauerunt ad multas ætates , nec eos passi sunt Romani mar-  
more adornari, sed sicut erant rudes stare permiserunt in memoriam  
conditoris urbis. Fuerunt præterea Arcus uetustissimi ad primas  
partes Auentini / inter montem/ & Tiberim memoria patrum no-  
strorum euersi quoq; inscriptio talis erat. P. LENTVLVS CN.  
F. SCIPIO. T. QVINTIVS CRISPINVS VALERIANVS  
COSS. EX. S. C. FACIVNDVM CVRARER IIDEM  
PROBAVER. Fuit & Arcus Traiani in foro eius extructus/ ut  
scribit Dion. cum inquit. Triumphalis tunc arcus præter alia mul-  
ta/ quæ in honorem eius/ & decreta/ & facta/ fuerat in illius foro sub-  
structus est. Fuit & alter in honoré eius arcus in regione portæ ca-  
penæ; isq; esse creditur/ cuius uestigia extant intra portā ipsa; capenā  
in proximo aqueductu/ argumento q; Traianus uiam appiam que  
ab eo loco auspicatur magnifice restituit/ ac strauit. Fuerunt aut  
in ea regione tres arcus/ Veri Parthici/ Drusi/ & Traiani/ & extra eā  
dem portam circu; latera templi Martis/ Arcus Germanici / & Dru-  
si/ cum effigie Cæsarum structi/ quos Senatus decreuit/ & Germa-  
nici cognomen ipsi/ posterisq; suis/ ut scribit Tacitus. Aedificauit  
& Tiberio Cæs. Arcu; diuus Claudius iuxta Theatrum pompeii de-  
cretum ante a Senatu/ tamen omissum peregit. Fuerunt præterea  
Arcus Theodosii Valentiniani/ & Gratiani Imp. haud longe a pote-

Calpurnius  
fornix.

Arcus Ro-  
muli Lateri-  
tii.

Arcus Tra/ iani ifo. suo

Arcus Tra/ iani ad por-  
tam capenā

Arcus Veri  
& Drusi.

Arcus Ger/  
manici &  
Drusi.

Arc<sup>o</sup> Theo-  
dosii Valéti-  
niani & Gra-  
tiani Imp.

# ANTIQUITATVM

Arcus iuxta  
plateā Sciar  
ræ.

Arcus ppe  
S. Mariā in  
via lata.

Arcus Cā,  
piliani.

Trophea. C  
Marii.

Area flaccia  
na.

castelli, quorum fragmenta nuperime eruta sunt iuxta eđe. S. Celsi.  
**C** Fuerunt & alii arcus siue fornices/ quorum duo ætate mea diru-  
ti sunt unus iuxta plateam Sciaræ via quæ dicit ad porticum An-  
tonini pii cuius adhuc extant ornamenta quædam marmorea. Alter  
iuxta. S. Mariam in via lata. Ab Innocentio. viii. in renouatione p-  
ximi templi dirutus/cuius ornamenta marmorea eti nup uidimus  
cum trophyis barbaricis haud dubie posteriorum esse Imperatorū  
ex ornatu appetet. Hinc iactu lapidis extat adhuc Arcus Cāpilianus  
fatis rudis. ubi nulla ornamentorum signa/ quem non nulli Camil-  
lianum appellant. Nam veteres romani duces ac triumphantes nō  
arcus/sed triumphalia insignia cum statuis/& trophyis habebat. ut  
Trophœa. C. Marii in exequiis de triumpho Cimbrico & altera de  
triumpho Iugurthino in via flam, inter collem nunc hortulorum/&  
Augusti Mausoleum/ubi marmorea tabula cum titulo. C. Marii de  
triumpho Iugur. me auctore empta a quodam lapicida/qua nūc est  
in domo Pomponii Læti in monte Quirinali.  
**C** Fuerunt & altera de Spoliis Cimbricis marmorea ornamenta / a  
Q. Catulo posita in area flacciana teste Valerio Max. cum inquit  
Ideoqz. M. Flacci & L. Saturnini seditiosorum ciuitum corpori-  
bus trucidatis / penates ab imis fundamentis eruti sunt/ Cæterū flac-  
ciana area cum diu penatibus uacua mansisset/a. Q. Catulo Cimbricis  
spoliis adornata est.

## De Theatris & Amphitheatris/ & eorū forma.

**T**Heatum græcam habet originem, & significat spectaculum,  
formam habens hemicycli, sicut Amphitheatum circularem.  
Theatri partes ponit Iulius Pollux græcus auctor. Theatra prius  
temporaria, ac lignea uersatilia quoqz post modum per luxuriam fa-  
cta/ ut modo unam/ modo alteram ostenderent frontē. Ac uelut duo  
bus nauigiis sedens populus periturus momento aliquo/laxatis ma-  
chinis periclitaretur. Plinius. En hic est ille terrarum, & totius domi-  
nator orbis/ qui gentes, & regna diriperet/iura exteris mitteret/ & q-  
dam deorum immortalium generis humani portio in machina pen-  
dens/ & ad periculum suum plaudens. M. Curius hac insania usus  
in funebri patris munere duo theatra iuxta fecit amplissima e ligno  
Cardinum singulorū uersatili suspensa libramēto: in quibus utrisqz  
ante meridianum Ludos spectaculum æditum inter se auersis/ne  
inuicem

inuicem obstreperet scēnis / & repente circūactis / ut constiterant. Postremo iam die discedentibus tabulis / & cornibus inter se coeūtibus faciebant amphitheatrū / & gladiatoriꝝ spectaculū ædebat ipsum magistratum / & populū roꝝ circūferens . Ilicet post secundū bellū punicum . P. Cornelius Nasica cū a Censoribꝫ locatū theatrū spectādis ludis extrueretur / ueluti publicis moribus nocitꝝ demoliri fecerit Populusq; stans aliquādiu spectauerit . Postea uero lapidea cū gradibus extorta sunt , unde spectatores Ludos spectarent . Ita ut altiores in ambitu semper excrescerent , Primum autem Theatrum Romæ fecit . M. Scaurus in ædilitate sua . xxx . dierum spatio duraturuꝝ , & fuit triplicis scēnæ , inferior e marmore ; media e uitro ; summæ columnæ tabulis inauratis . Signa ærea inter columnas . Caeua ipsa cœpit hominum octoginta millia , sed hoc fuit temporaneum theatrum . L. Mumius primus theatro temporaneo ludos suo triumpho ædidit deinde Scaurus : Postea Pompeius gradibus permanens Theatrum ædificauit . Theatra in Vibe tria præcipua . Pompei . Marcelli , & Cor. balbi . Ouidius de arte . Visite conspicuis terna theatra locis . Theatrorum Symmetrias / & locorum distinctio-nes docet Vitruvius libro quinto . In theatro ludi scēnici fiebant ; in amphitheatro autem gladiatorii / & uenatorii / quibus aut conducti homines / aut damnati , aut ambitiosi ad ostendandam audaciam adhibebantur .

#### De theatro Pōpei magni / & eius ornamentiſ.

Primus oīm Pompeius ante suā curiā ppetuum theatrū ex quadra-tis lapidibus cōstruxit , ubi & ludos ipse fecit ; nulli nobiliores inq; Pedianus fuerunt q; Pompei / & Crassi ; Quorum Pompeius exquisi-tissimis , magnificentissimis omnis generis ludis theatrum dedi-cauit . Quod etiam Cicero in Pisoniana probare uidetur . Quibus lu-dis Elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo . Plinius autem Romæ inquit Elephantem primum pugnasse in Circo Appii pulchri ædilitate / āno urbis . D . Iv . In hoc theatro scēnā postea Tiberius Cæs . cōstituit ut scribit Tacitus cum inquit . Nec publi-ce quidem nisi duo opera struxit / templum Augusto / & Scēnam pompeiano theatro / eaꝝ perfecta contemptu ambitionis / an per senectutem haud dedicauit . Quod theatrum a Pompeio inchoa-tum , C . Calicula absoluit , siue ( ut quidam putant ) restituit .

M

Prima Ele-phantorum pugna apud Ro.

## ANTIQVITATVM

Ecatostylō. Ars itaq; id / & ei propinquum Hecatonstylon centum colūnarum in campo martio opus centenariā porticum appellant. Quod etiā theatrum Nero princeps ut Tiridatē armeniorum regem laute exciperet / insano / unius diei opere inaurauit. Id capiebat loca .lxxx . mil. Extat adhuc uestigia / iuxta Campum / quem floreum appellant / a Flora ita dictum / quam Pompeius amauit. Sed a loci præstantia ac celebritate dictum potius crediderim / quasi a florum amcenitate. ubi nūc palatiū. D. Vrsinorꝝ a cuius tergo erat Theatri cauea uersus aurorā / ubi atriu curiæ pōpeianæ / qui locus hodie satriū nūcupatur una littera plus. habebat olim theatrum ipsum longas appendices / ubi eius domus curia / & porticus. Vnde Plutarchus. At qui inquit Pompeius ipse usq; ad tertium triumphū modice, atq; incomposite habitauit, pulchrum deinde Theatrum / longe a Romanis diffamatum cum struxisset / splendidiorem domum / ueluti a Theatro appē dicem ædificauit.

### De theatro Marcelli / & templo pietatis.

Theatrū Marcelli inter capitoliu, & tibrim, adhuc extat, sed igne ac uetustate deformatu / ubi nunc est palatiū clarissimē Sabellorum gētis. Qd theatru capiebat loca .lxxx . mil. Vbi prius fuisse templum Pietatis scribit Plin. cū inquit / Pietatis exempla infinita quidē toto orbe extitere, sed romæ unū / cui cōparari cūcta nō possunt; humiliis in plebe / & ideo ignobibis puerpera supplicii causa carcere inclusa trem / cū impetrasset a ianitore aditū / semp excussa / nequid inferret cibi : dephensa est uberibus suis alēs / quo miraculo salus matri donata filiē pietate est; ambe ppetuis alimentis. Solinus uero nō matrē sed patrē fuisse tradit / & locū illū / eidē cōsecratū dea. T. Quintio / & M. Atilio Coss. tēplo pietatis istructo in illius Carceris sede, ubi nūc theatru Marcelli est. Cuius scena restituta / Vespasianus ludos edidit qd quidē theatru Augustus cōdidit sub noīe Marcelli / sororis filii. Sicut multa alia sub noīe suorꝝ, ut theatru hoc Marcelli Porticum Octauię. Porticū liuię. basilicā / & porticū sub noīe nepotum Caui & Lucii auctor tranquillus.

### De Theatro Cor. Bälbi.

Fuit p̄terea theatrum Cor. balbi iuxta circum flaminium a Claudio Cæs. dedicatum, quod dictum putat a uicinitate Cryptæ balbi (cuius ne uestigium quidem quod sciam) nunc apparet. Id capiebat loca .xxx . mil. ubi quattuor colūnas ex Onice balbus posuit.

Atriu curiæ  
Po mp.  
Quare sa-  
trium.

Tēplū piet-  
atis.

Quod exhortatione Augusti condidit/ut multa a multis tunc stru/  
cta sunt. Sicut a Martio philippo ædis Herculis; & Musarum;a. L.  
Cornificio ædis Dianæ:ab Alinio Pollione Atrium libertatis,a Mu  
nacio planco ædis Saturni;a Statilio Tauro Amphitheatum;a. M.  
Agrippa complura;/& egregia:ex tranquillo.Fuit & Theatru Cassii  
ut scribit Appianus cum inquit. Ea tempestate Scipio Cōsul Thea  
trum disiecit: Quod Cassius inchoauerat. Fuit & theatrum lapideus  
iuxta ædem fortunæ Equestris: Et Theatrum Iulii Cæs. ut scribit  
Suetonius cū inquit. Excogitauit & Martis Templum/q̄tum nusq̄  
eslet extruere;repleto:& cōplanato lacu:in quo Naumachiæ specta  
culum ædiderat: Theatruq; summae magnitudinis tarpeio móti ac  
cubans. Fuit & Theatru a Traiano cōditum:qd postea Hadrianus  
cōtra oīz uota destruxit ut scribit Spartianus. Fuit & theatru in pra  
tis uaticanis inter pontē Miluiū/& molē hadrianā / planities eque  
stribus pliis satis apta; ubi theatru ad ludos gladiatoriōs uetus tē  
poribus ædificatū/ut scribit procopius/ extat hodie (ut creditur) ue  
stigia quedam in uinea.D. lo. Alberini ro. p̄ficii Diaconiq; ap̄lici/sed  
circū/non Theatrum eum fuisse crediderim/ut forma adhuc appā  
ret / nisi p̄cperam interpres locum uerterit : Nam in theatris ludi  
scenici siebant/in circis uero e quorū cursus agebantur. Theatrum/q;  
sciam / præter supradicta uisitū hodie prænestē prope integrum.  
Amphitheatum uero Veronæ , ac polę illyricę. Semidiruta aut  
pluribus in locis Patauii/Vicentiaë/Spoleti/Illeranæ. Multaq; Ro  
manorum uetera ædicia in municipiis & prouinciis: quorū hodie  
nihil extat præter ruinas/ad dolorem.

Theatru in  
pratis vati  
canis.

#### De Amphitheatris & eorum forma.

Sunt & Amphitheatra, q̄ formā hñt circularē & absolutā quā duo  
simul theatra iuncta pficiunt. Amphitheatri molē primus in cāpo  
Martio Iulius Cæs. posuit/quā paulo post Augustus/Mausoleū edi  
ficaturus/destruxit. Post paulo a Tiberio alterū inchoatum est, ut  
scribit Suetonius/cū inquit/Opera sub Tiberio semi impfecta/ tem  
plum Augusti, theatruq; Pompei absoluit:inchoauitq; aqueductus  
in regione Tiburti,amphitheatum iuxta Septa:quorū operū a suc  
cessore eius Claudio alterum pfectum:omissum alterum est. In am  
phitheatris olim Paria Gladiatoř dimicabant, & uenationes siebat  
non nunq̄ & nauale prælium/ Suetonius in amphitheatro inquit

## ANTIQUITATUM

nauale quoq; dedit præliū:nā ue nationes, gladiatoresq;/& noctibus ad lychnos, nec uirorum modo pugnas, sed fēminas. Extant hodie duo semidiruta/Vesp.& Statilii tauri.

De Amphitheatro/qd Colosseū uocāt, & eius ornamentiſ.

(Extat adhuc mutilatū, ac semidirutū Amphitheatrū omniū Maximū, & pulcherrimū/qd hodie Colosseū nūcupatur, media urbe a Vespasiano<sup>C</sup>ut ſimilis forma ieius nomiſmatibus appetet ) cōditū. & ut deſtinaffe cōpererat Auguſtū/a Tite filio poſtea dedicatū ſcribit Suetonius ita tradēs. Et tamē nemine ante/munificenſia maiore, Amphitheatro dedicato. Thermisq; extuctis/munus ædidiſt appetiſſimum, largiſſimūq; quinq; miilia/oēgenus ferarū: uno die exhiabit/a idē aſſerunt Eusebius:& Eutropius:nā publica qđificia numi nibuscōſecrabantur. Quod eā laudē Martialis Domitiano attribuerit/Assentatio eſt poetæ, cū nec illud extruxerit, nec dedicauerit, cū inquit lib. i. Epigr. Omnis cæſareo cedat labor amphitheatro / Vnū pro cunctis fama loquac' opus. Aedificatū id quidē in parte domus aureæ Neronis: in cuius uestibulo erant eius stagna. Idem in eodem Hic ubi cōſpicui uenerabilis Amphitheatri/Erigitur moles/stagna neronis erant. ubi stabat Colloſſus mirę magnitudinis; eſt. n. Colloſſus magna ſtatau/unde loco nomen Colosseū inditum eſt. Cuius al/ tissima moles inter Cēlium montē/Palatiū, & Exquiliā pari ppe diſtincione aſſurgit/tyburtino extrinſecus lapide undiq; extucta rotunditas/forma intrinſecus ouata. Plinius Amphitheatrū inquit tyburtino lapide extuctū tantę altitudinis/ut eo uix humanus oculus inſpicere poſſit. Eſt praeterea circa eū locū forinſecus ſicut in cir/cis porticus unius ſtructurę/per quam ſunt ingressus & ascenſus ue/nientibus ad ſpectaculū ita, uti nihil turbet ingredientiū/& abeūtiū iter. Eſt in ſingulis ſuperioribus arcubus erāt ſtatua marmoreæ, cū in crustatione intrinſecus/& extrinſecus;cū ſignis. Extant adhuc in quibusdā fornicibus ornamēta ex gypſo,& ſub tāto qđificiosuſſunt Cloacæ, quibus pars molis ſuſtentatur. Cuius cauea capiebat loca LXXXV. mil.& dū ſiebant ludi/totā ipsa cauea operiebat línteis. Cuius nunc molis dimidio minus extat. Cætera pars igne/ferroq; barbarorum malignitate euersa appetet, quod ſupererit haud in-tegrum, ſed crebro foramine læſum, & lancinatum, ut in plerisq; priscis aedificiis ſactū inuidia,& immanitate horribili barbarorum

ut quæ diruere funditus non poterant/his saltem ludibriis /& dam/  
nis foedata relinquerent . Media cauea harenis spargebatur/ut gla/  
diatores /& pugnantes / aut inter se/aut cum feris firmius/ac stabi/  
lius pedibus consisterent /& labentes mollius caderent, unde hare/  
na pro cauea sæpenumero ponitur . Multi autem capite damnati /&  
in bellis capti/aut conducti:aut ostendandæ audaciæ causa adhibe/  
bantur. ubi hodie Christi dei saluatoris cruciat⁹ (quā passionem uo/  
cant) representatur haud longe inferiore spectantiū numero/q̄ olim  
in antiquis triumphatis Romæ spectaculis.

**S**urgit præterea pars magna adhuc amphiteatri . P. Statilii Tauri lateritio opere extructi in mediis urbis nunc moenibus / iuxta tē  
plum sanctæ Crucis in Hierusalem/ubi atrium quondam Sessoria/  
num. de quo Suetonius in calicula Munera inquit gladiatoria par/  
tim in Amphitheatro + P. Statilii Tauri , partim in Septis aliquot  
egit , paruum quidem ipsum , ac semidirutum ueluti Colosseum .  
Inclusum nunc intra Cœnobium fratrum sanctæ Crucis + Cuius  
basilikam Constantinus magnus excitauit : in Atrio Sessoriano ,  
unde etiam basilica Sessoriana dicitur . Marmoreis ornamentis , &  
pictis laquearibus satis conspicua, quam nuperime Petrus de men/  
dosa Hispanus sanctæ Crucis titulo Presbiter Cardinalis in hanc ,  
(sicut nunc est ) speciem renouauit . In cuius renouatione inuetus  
est titulus Crucis ligneus in tēpli abside / inscriptus litteris hebræis  
græcis , & latinis , ab Helena quondam Constantini matre ibi recō/  
ditus . Quæ etiam illic sub nomine suo subterraneum excitauit facel  
lum musu opere satis decorum/ instauratumq̄ dudum a . R . D .  
Bernardino Caruial hispano Cardinale sanctæ Crucis atq̄ Episcopo  
Ostiensi; quod mulieres non ingrediuntur/nisi in eius dedicationis  
die xx Martii . Extant p̄terea in ea basilica multæ . S. reliquiæ , inter  
quas/pars dñicæ Crucis; unus ex argenteis nūmis/ quibus ueditus est  
Christus a Iuda scarioht . Itē unus ex clavis/ qbus affixus est crucis  
patibulo, quos nō nulli asserunt fuisse quatuor potior pars tres tñ/  
modo . Diuus aut̄ Ambroſius tradit unū in frenis equi/qbus in p̄lio  
Cōstantinus princeps utebat , alio pro Cono Galeq . Tertiū in mare  
hadriaticū/ad cōpescēdas seuiētis maris p̄cellas/deiecit . Sed q̄ in fre/  
nis equi erat/ Mediolani nūc in magna eius urbis ueneratiōe seruat .  
Extant a sinistris eius basilicæ magna uestigiaædis Veneris , & cu-

Basilica Sef  
foriana.

Titulus cru  
cis.

Sacellūdiuq  
Helenæ.

# A N T I Q V I T A T I V . M .

Tēplū Ves  
neris / & Cu  
pidinis .  
Amphitheā  
trū castrēse.

pidinis / cuius meminit Qui , in fasti , ita scribēs . Aut ubi mūneribus  
nati sua munera mater Abdidit extērio marmore diuīs opūs . Fuīc  
præterea in Exquiliis amphitheatrū Castrēse , ut scribit , P . Victor .  
De Circis / & eorum forma / & ornamentis .

**C**ircus / locū erat / ubi ludi fiebant / dispositusq; in forma spa-  
tii oblongi ; ita ut in summitate spatiis , ubi equi reueluebantur  
species Hemicycli constitutā uideretur . In circuitu uero gradus in-  
surgebant in quibus spectatores sedere consueuerant . Qualē Virg.  
lib . v . æn . signare uidetur . Hinc pius Aeneas / missio certamine tēdit  
Gramineū in campum : quem collibus undiq; curuis Cingebant  
siluę , mediaq; in ualle theatri Circus erat . Vbi equi iuncti curribus  
descendentes exciti carceribus ex uno latere Circi decurrerēt , cū ad  
summam aduentassent / se inde diuenterent : ex alio latere recurrentes  
ad primam usq; Circi metam uiderentur . ubi equorum cursus ce-  
lebrantur . In medio autem spatio dispositæ erant metæ pari in-  
teruallo pyramidum . Horatius li . primo Car . Sunt quos curriculo  
puluerem Olympicū Collegisse iuuat : Metaq; feruidis Euitata rotis  
Quas septies circum lustrare moris erat . Propertius . Aut prius exer-  
to deposcit præmia cursu / Septima q; metam triueritante rota . In cir-  
co aut̄ fiebat cursus Venatio ; & naumachia ; In ludis a principe aues  
uarii q; generis missilia ; & larua quædam appellata Ciceria / oblōgis  
malis / & grandibus buccis / iingens / Manduci speciem præbebat . Lu-  
di circenses dicti : uel q; in circo fierent : uel quasi circum Enses / ut  
scribit Varro . Nam ante facta spectacula / inter enses / & flumina / lo-  
cis uirentibus agebant : ubi in medio loco munera ponebant . Equi  
uero iūctis curribus currebant . Val . Max . Cum ludis inquit plebeis  
quidam paterfamilias per circum flam . priusq; pompa induceretur ,  
seruum suum uerberibus mutilatum sub furca ad supplicium egis-  
set , latino homini ex plebe luppiter in quiete præcepit , ut cōsulibus  
diceret sibi præsultorem ludis circensis proximis non placuisse .  
Quin immo per quingentos & quinquaginta octo annos . Senatus  
populo mixtus spectaculo ludorum interfuit ; sed hunc mōrem Atti  
lius seranus / & l . Scribonius ædiles ludos matri deum facientes / po-  
sterioris Africani sententiam sequuti discretis Senatus / & populū lo-  
cis magna ipsius Africani inuidia soluerūt . Circi pars prima / unde  
Equi mittuntur Carceres dicūtur . q; equi coartētur / ne inde exeāt .

Ludi circen-  
sos .

anteq; magistratus signum misit. Precipui in Vrbe olim fuerūt Cir-  
cus Max. & circus flamminius. Fuerunt & multi alii eiusdem formę  
sed nō circi appellati sunt/ut Equiria trigaria hippodromus/de qui  
bus suis postea dicetur.

## De Circō maximo/ &amp; eius ornementis.

Tradunt Tarquinium Priscum designasse locum ludis faciendis  
in ualle quæ est inter palatium/ & Auentinū/Circum maximum ap-  
pellatum. a magnitudine, & excellentia, siue ludorum sumptuositate,  
qui illic siebant, Liuius. Tum primum inquit/ qui nunc maximus  
dicitur designatus est locus/diuisa loca patribus, Equitibusq; urbis/  
ut spectacula quisq; ficeret. Spectauere aut̄ furcis duodenos a terra  
spectacula alta sustinentibus pedes. Item foros in circō faciendo  
Cloacamq; maximam in foro: Quæ spectacula postea in suā magni-  
tudinem Cæsar dict. extruxit. Circum max. inquit Plinius a Cælare  
dict. extructum lōgitudine stadiorum trium; latitudine unius; sed  
cum ædificiis iugerum quaternum; ad sedem. CCLX. millia inter  
magna opera dicamus. Suetonius: Circensibus inquit spatio Circi  
ab utraq; parte producto, & in gyrum Euripo addito: Quadrigas, bi-  
gasq; & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Troia  
luisit turba duplex maiorum, & minorum puerorum. Quem circum  
satis deinde Octavius Augustus exornauit/ & in eo circō Aurigas/  
Cursores, & intersectores beluarum unū quemq; ex nobilissima iu-  
uentute produxit. Sed & troiæ ludum ædidiit frequentissimū/existi-  
mans claræ stirpis indolē sic innotescere. In quo circō postea diuus  
Claudius marmoreos fecit carceres: metas inauiauit/ unde equi di-  
scedebant, & reuertebantur. Propria Senatoribus constituit loca: p-  
miscue spectare solitis/atq; supra Quadrigarum certamina troiæ lu-  
sum exibuit. Antonius Heliogabalus ambitum Circi colūnis, &  
auro exornauit: & pavimentum eius fecit ex Chrysocolla: est autem  
Chrysocolla dura materies/ quæ nascitur postq; aurum effossum est  
ex auro retinet colorem/in cætero est lapis. Addiderunt illi priores  
porticus triplici contignatione. Habuit præterea Circus max. præ-  
clarissima circum se ædificia, & in primis Templum Consilii/ qui erat  
Consiliorum deus, Cuius in honorem Equestres ludos celebrauit  
Romulus in raptu Sabinarum: habuit & fanum Veneris/ quod  
Fabius gurges Consulis filius ex mulieraticio ære fecit / quibusdam

Chrysocolla quid?

# ANTIQUITATUM

Aedis Mercurii.

Tres aræ diis Samothracibus sacrae.

Ludi taurii.

Ludi apollinares.

Calices in circo flam.

matronis stupro damnatis habuit & ædem cereris & ædem iuuentutis a Cn. Licinio duumiro positam. Habuit & templum Mercuri, de quo Oui. in fast. Templa tibi posuere patres spectantia circū/ Idibus / ex illo est hæc tibi festa dies. Erant præterea in eodem circo tres aræ Diis Samothracibus ad tres colūnas affixæ. Vna diis magnis; altera diis Penatibus; Tertia diis cœli, & terra; quibus omnia orta esse constat. quos Samothraces appellant deos magnos; Rcm suos genios; & penates, urbisq; custodes: quos primus Aeneas tulit in latium & in summo honore habitos. Scribit præterea Dion. Traianum Imp. Circum Max. augustiore forma instaurasse, Suetonius tradit deustis utrinq; lateribus ex lapide Naumachie Domitianæ extactum. Tacitus lib. v. Quæ in Auentino erant incédio absumpta, una cum monte suisce sicut etiam hodie apparet. Fuit olim in circo max. Stagnum in suscep̄tione aquarē defossum/ altumq; pedes denos, post stagnum ædificatæ suni porticus: triplici tectura: ubi pauimēta lapidea, sicut in theatris; Sedilia in superioribus lignea. Erat etiam circa euidentem circum alia porticus extrinsecus unius tecturæ. Officiariæ in se habens & habitationes super eas, per quas ingressus & ascensus uenientes ad spectaculum, iuxta quamq; officinam ita ut nihil turbaret tot millia ingredientiū, & abeūtiū. Fuit et circus maximus Regio. xi. antiquæ urbis/ ab hoc denominata.

## De Circo flamminio & eius ornamentis.

Circum flamminium in pratis flamminiis conditū scribit Liuſus cum inquit Ea omnia in pratis flamminiis acta/ quem nunc circum flam. uocant, & a flammino Cos. qui ad Trasymenum cecidit appellatum scribit Festus Plutarchus in pobl. ita tradit Flamminius quidā cum Ciuitati agrū reliquissimæ/ equestribus ludis, & uectigalibus eius fructu urebatur/ nam cum pecunia suppeteret/ viamq; flamminiam munierunt. Varro autem afferit/ q; circa campum flamminiū ædificatus fuerit appellatus, q; ibi ludis tauriis equi circum metas currunt, & bello punico Apollinares ludos institutos scribit Macrobius suadente Cor. Rufo xvi. græco more, & coronatos spectare, inq; eā rem. xii. mil. æris prætori, & duas hostias maiores xviris preceptum est, festus, ludos inquit apollinares populus spectabat stipe data, in eodem circo siebant etiam calices. Vnde Martialis. Accipe de circo pocula flamminio. De circo autē flam. pertinacissima uulgi

adhuc extat opinio, q̄ is fuerit, quem bodie Agoneim nomināt. Eru  
ditiores uero non hunc, sed eum fuisse asserunt, cuius adhuc extat  
forma, & ueterum sedilium signa, ubi in medio nunc est templum  
sanctæ Catherine, ubi hodie torquentur funes quod prius dicebat  
monasterium. D. Rosæ in castro aureo. Longitudo eius Circi ab eði  
bus nūc. D. Petri Margani, & S. Saluatore in pēsili, usq; ad eðes. D.  
Ludouici Matthei iuxta Calcaranum/nam id loco nomen a coquē/  
da calce inditum, ubi caput circi. Longitudo uero inter turrem nūc  
Cetrangoli, & apothecas obscuras. Quod is fuerit circus flam. mul-  
tis patet argumentis, sed uuo euidentissimo pediani Asconii testimo-  
nio, cum Apollinis ædē describit, cuius uerba hæc sunt, Aedis apol-  
linis in Palatio fuit nobilissima, admonendi estis, non illam signifi-  
cari, quam post mortem Ciceronis, Cæsar, quem nunc diuum Augu-  
stum dicimus, post attiacam uictoriā fecerit, sed illam demōstrari  
quæ est extra portam carmentalem inter forum olitorium, & circus  
flam. Ea enim tum sola Apollinis ædis. Præterea in circum flam. se/  
penumero Romani e proximo capitolio consultandi causa descen-  
debant. Cicero pro P. Sextio. Pacto iam fœdere prouinciarum  
producti, in circo flam. in concionem ab illa furia, ac peste pa-  
triæ/que dixerat/uoce/ac sententia probauerunt, Liuius item Ful-  
uius Cos. Comitiorum causa Romam uenit, Actū de Imperio Mar-  
cellelli in circo flam. est ab æde Apollinis boues duæ fœminæ albæ  
porta carmentali in urbem deductæ. Per hæc uerba circum, quem  
Aganonem hodie nominant intelligi nō posse contendunt. Fuerūt  
præterea iuxta circum flam. multa, & egregia deorum templa, & in  
primis ædis Apollinis cum lauacro in pratis flammīniis. Fuit & ara  
Neptūni, de qua Plinius. Ara Neptūni multo manasse sudore in  
circo flam. dicebatur. Fuit & ædis Vulcani, in qua pro edituis canes  
erant/sacrilegis tantum allatrantes. Fuit & ædis Martis ab Hermo-  
lao salaminio architeftata. Fuit & iuxta eundē circum ædis bellonę  
uersus portam carmentalem ut scribit. P. Victor, ante quam ædem  
fuit colūna parua marmorea index belli inferendi, quæ bellica dice-  
batur, a qua profecturi ad bellum/ hastam / eam partem uersus / in  
quam i turi erant/mittere consueuerant, quia longum erat mittere  
ad limites hostium. Ouidius in fast. Prospicit a tergo summū breuis  
area circum. Est ubi non paruæ parua colūna notę Hinc solet hasta

Tēplū.s.Ca  
therinæ.ædis sanct  
Saluatoris ī  
pensili.Aeeis apol/  
linis.Porta Car-  
tali.Tēpla iuxta  
circū flam.  
ara neptūni  
ædis vulcani  
ædis MartisAedis bello  
næ.  
Columna  
bellica.

## ANTIQUITATVM

manu belli prænuncia mitti In regem / & gentem, cum placet arma  
capi. a tergo / non circi sed areæ / uel ædis summū. i. circi summitatē.  
Aedis autem bellonæ auctor fuit Appius Claudius cæcus. Idem in  
eodem, Hac sacrata die tusco bellona duel' o. dicitur, & Latio pro-  
spera semper adest. Appius est auctor Pyrrho, qui pace negata, mul-  
tum animo uidit lumine cæcus erat, hæc soror Martis, uel auriga  
fuisse creditur. Huic sacerdotes suo sanguine sacrificabant haustoe  
uenis brachiorum. Vnde Lucanus: tunc quos bellona lacertis, seua  
monet cecinere deos. Fuit præterea iuxta circū flam. Aedis Hercu-  
li magno custodi circi flam, ut scribit, P. Victor ro, antiquitatum fi-  
delissimus testis, ita scribens. Regio, ix. Circus flam. ædis antiqua  
Apollinis cuz lauacro. ædis Herculi magno custodi circi flam. ædis  
bellonæ uersus portam Carmétalem. Idem sentire uidetur Ouidius  
in fast. cum inquit Altera pars circi custode sub hercule tuta est, Qd  
deus euboico carmine munus habet. dedicataq; est ædis a Senatu,  
monitu Sybillinorum Car. sub dictatore Sylla, quam dedicandam  
probauit, dedicataq; est pridie non. lunii, & subdit idem Ouidius Mu-  
neris est tempus, qui nonas lucifer ante est. Si titulos quæris Sylla  
probauit opus. Alii ante me scribunt ædem herculis custodis, & qd  
bellonæ, fuisse iuxta circum max. Ego uero iuxta circum flam. Ex  
Ouidii & P. Victoris testimonio ut supradictum est. Fuit præterea  
iuxta circum flam. Villa publica/quam. M. Varro de re rustica fuis-  
se innuit sub capitolio in extremo campo Martio eiq; ipsi imminen-  
tem. Erat enim uilla publica extra Vrbem domus ampla, in qua Le-  
gati hostium, quibus neq; ad urbem ingressus, neq; in Græcostasi ho-  
spitium concedebatur Romam uenientes recipiebantur, & de publi-  
co alebantur. Vnde Liuius Macedones inquit deducti extra urbem  
in uillam publicam, ibiq; is locus, & lautia præbita, & ad ædem  
bellonæ Senatus est habitus. Idem in eodem. Q. Fuluius Lega-  
tus Scipionis Carthaginenses Romam deduxit, quibus uetus  
ingredi Vrbem, Hospitium in uilla publica, Senatus in æde  
bellonæ datus. Vnde per hæc uerba uillam publicam, & ædem  
bellonæ, non multum distantes inter se fuisse credendum est sub Ca-  
pitolio. In uilla publica præterea Quatuor mil. deditorum ius-  
su Syllæ intersecta scribit. L. Florus, Cæcilius uero, ix, mil.,  
asserit.

Aedes Her-  
culi magno  
custodi cit-  
ci flam.

Villa publi-  
ca.

In villa pu-  
blica interfe-  
cta. iii. mil.  
deditoru; a  
L. Sylla.

## De Circō quem nūc Agonem nominant.

**C**Extat hodie pulcherrima Circi forma in medio nunc centro urbis quem Agonem nominant, q̄ in eo olim agonalia fierēt appellatus. quæ erant Iani sacra a Numa rege instituta ad diem .ix. Ianuarii Agonio deo qui rebus agēdis præsidebat, & agonalia eius diei festa erant, Vnde Agonis uocabulum inditum creditur. Nam certamina huiusmodi locis exhiberi solita largo modo Agones uocari consueverunt. Vnde Suetonius Neronianum agona dixit, uocabatur etiā memoria maiorum nostrorum Circus Alexandri, uel a uicinitate Thermarum ipsius uel q̄ ipse princeps eum Circum instauraerit. Insedit autem iam ferme omnium mentibus pertinacissima opinio hunc esse circum flaminium ex uerbis Liuii ita scribentis, in prata flamminia/ubi nunc est ædis Apollinis iam tunc apollinarē appellabant, conuenere. Quam opinionem secutus Pandulfus late/ranensis ecclesiæ Ostiarius, scribit Hadrianum primum condidisse templum Apollinaris martyris iuxta circum flam. Quæ omnia pediani uerba destruere, & conuellere uidentur. Verum qui pandulfi opinionē postea secuti sunt, non inspexerunt pedianum Asco. ante hos annos repertum sub optimo principe Nicolao. v. cuius pontificatu Poggius florentinus pedianū adiuuenit, sed ueniamus ad locorum discussionem si Circus flam. est/ quem uerbis pediani supra scripsimus, Circus Agonis/qui hodie omniū pulcherrimus est, quo nomine apud ueteres appellabatur Agonis circus sicut nūc, uel ut quidā opinantur/ Equiria a Romulo prius instituta in honorem Martis genitoris/ubi erant circunquaq; amplissima spectacula, & in medio erant metæ sicut in circo max. sed vulgaris opinio est/ Equiria fuisse olim ubi nunc est templum sanctæ Mariæ in Aquiro nominis tantum similitudine decepta/cum locus non ab equis/sed ab aquis dictus q̄ esset paludosus, Argumento patet/nam cum tēplum ab Anna stasio papa cōderet in fundamētis eius repertæ sunt quædam æreæ Anates aquaticæ aues/q̄ nup in eo tēplo uisibantur. Præterea nulla extant illic spectaculorum uestigia præter q̄ profunda tellure/quædam pauimenta/nec circi forma/sicut in aliis hmōi locis/in quibus aliqua adhuc apparent signa. Nam circum ubi Equiria fiebat oporebat esse spatiolissimum/& amplissimum ad equorum cursum, & spectantiū multitudinē, cuius rei ne uestigium quidez illic appareat

Agonius  
deus.

Equiria.

# A N T I Q V I T A T V M

præter quasdam colūnas adhuc stantes in proximo templi hortulo  
ubi creditur apud ueteres aliqua fuisse deorum ædis / uel porticus.  
Tēplū isidis Nec desunt qui uelint illic fuisse templum Isidis. Quod in hoc am-  
bitu fuisse satis constat. Quod ibi olim fuerint Equiria alii uiderint  
diligentiores / in his enim locis / ubi ueritas sopia est / unusquisq; se-  
quatur opinionem suam. Optimum profecto illud est iudicium,  
quod plurimorum sententiis confirmatur, & ne libera nobis tri-  
buatur erroris facultas / aliis hæc / & similia inquirenda relinquo.  
Equiria inquit Pompeius festus / ludi sunt quos Romulus Marti  
instiruit. Quod ludicum primus apud Elidem græciæ ciuitatem  
œnomaus ædidiisse fertur, & postea Romulus in raptu Sabinarum /  
nec dum fundatis ædificiis ruraliter Italiæ ostendit, & celebraban-  
tur circa finem februarii, ut scribit Ouidius circa finem, ii. libri fasto-  
rum. Iamq; duæ restant noctes de mense secundo, Marsq; citos iun-  
ctis curribus urget equos. Ex uero positis permansit Equiria nomē,  
Quæ deus in campo præstítit ipse suo. Qui circus quotiescūq; tibe-  
ris inundationibus restagnabat, Equiria in Cœlio monte / in loco,  
qui dicitur campus Martialis celebrabantur. Idem in eodem. Altera  
grāmineo spectabis Equiria campo, Quem tiberis curuis in latus  
urget aquis. Qui tamen electa si forte tenebitur unda, Cœlius exci-  
piet puluerulentus equos. In eo circu desultoriis (ut asserunt) curre-  
bat equi, Currus uero teste Cassiodoro in epistolis, ab Augusti Mai-  
soleo, sex portis per campum martium, in circum flam. demitteban-  
tur in cursum. Est autem circus siue campus Agonis hodie omnius  
pulcherrimus / & expeditissimus etiam nunc ad equorum cursus,  
lateribusq; stratus, magnificisq; circūquaq; ædificiis conspicuus, ubi  
etiam mea memoria extabant undiq; sedilium signa / quæ nunc pri-  
uatis ædibus occupata, uel destructa non apparent. ubi postremo  
Iouis carnis priuici die ueterum triumphorum Simulacra tota ferme  
spectante urbe celebrantur. ubi etiam Emporium / & Nundinarum  
locus / & obsoniorum, & Scrutorum mercatus. Singulis Mercurii  
(dum licet) diebus per totum annum ex instituto nuper bonæ  
memoriæ. R. D. Guilielmi Cardinalis Rothomagensis nationis  
Gallicanæ.

De circu Caii / & Neronis in uaticano.

¶ Fuit præterea Neronis circus in uaticano, ubi adhuc erectus uisitetur  
Obeliscus

Obeliscus / quem imperita multitudo Iuliam sancti Petri uocat, distinctione & uicinitate. Vnde Cor. Tacitus ita scribit, Nero princeps in ualle uaticana spatium in quo equos ageret haud promiscuo spectaculo clausit. ubi & ipse sibi princeps non nunquam aurigabat. Visum est inquit Plinius Neroni principi spectaculum harenæ circi crysa colla sterni / cum ipse aurigaturus esset inducta opificiis turba. Fuit eodem teste / is circus Caii & Neronis. Sunt qui tradant in eo ambitu fuisse olim hortos neronianos ut appareat marmore incisum in proxima sancti Angeli ecclesia a leone. iiii. in cliuo montis condita. Hoc autem circo dirus Nero dicitur usus ad excruciantos exquisitissimis suppliciis Christianos, & ad crudelitatem honestandam subornauit testes, qui assererent incendium quo maxima urbis pars perierat / a Christianis hubuisse exordium / ut scribit Tacitus. Sunt autem in agro ueticano multa subterranea nunc antiquitatum uestigia. Extat adhuc extra portam castelli inter proximas uineas haud longe a mole hadriana / exigua circi forma / ex lapide nigro ac duro iam pene diruti. Paucisque notis. Fuerunt & alii non nulli intra & extra urbem, sed ex his unus cuius forma ac sediliū uestigia adhuc apparēt inter uiminalē móte / & exqlias iuxta uiā suburā / ubi nunc est ædis. S. Laurētii in fontana / & S. Euphemiae. Alter extra portam maiorem iuxta uiā labicā / nam / & formā aquae Claudię post mēnia urbis & Cenobiū. S. Crucis in hierusalē / cuius tamen extat forma / & parietū uestigia inter proximas uineas / ubi in medio adhuc in duas cōfractus partes iacet obeliscus. Fuit & circus ubi siebāt floralia in móte quirinali ut supradictū est. Itē proximus huic aliis inter Capitoliū uetus & collē hortulorum de quo iam diximus & in eodem colle ad bortos sallustianos / alia circi forma quē incole hodie appellat gyrulū. ubi iacet Obeliscus in duas cōfractus partes. Alius uia momētana satis rudis iuxta uetus bacchiteplū & S. Agnetis. Fuerunt p̄terea Septa trigaria iuxta circū flā. ubi trigarīa currebat eq. Extat hodie circus pene integer / siue hippodromus sat satis rudis ad sinistrā uię appię ad ii lapidē / inter quodē. S. Sebastiaui & caput bouis in plonga cōualle / quod ad hos usus clausa / sedilibus iam caducis. ab Antonino (ut credunt bassiano) extructus / ut in eius non mismatibus tali forma cōspicitur. ubi in medio adhuc apparēt metare signa / & Obeliscus mira magnitudinis in plures cōfractus partes / cum notis ægyptiorum. ubi olympici olim siebāt ludi / ad exercendos

N

Ecclesia. S.  
Angeli.Exiguus circus iuxta molem Hadrianam.  
Circus inter vitinalē, et exquiliis:  
Circus extra portam maiorem.Septa trigaria.  
Hippodromus.

# ANTIQUITATUM

Milites pr  
riani,  
Castra pr  
etoriana.

Castra Ra  
uenatum.

Aedis Ca  
strorum.

Singula Ca  
stra.

Cum creditur milites prætorianos qui illic tunc contubernia habebant. Nam ante Augusti & Tiberii principatum milites prætoriani nulla habebant constituta hospitia; sed ubi necessitas cogebat illuc diuertebant. Tiberius primus locum constituit quo oēs diuerterent. Quæ res præciosissima imperio fuit ut ex gestis apparuit. Nam prætoriani sepe coniuratione facta ex uno loco impetum facientes aut Imperatores occidere; aut Imperium uenale proposuerunt. Quæ memoratu sunt horribilia; hanc eis facultatem ad maleficium suppeditauit cōtubernii eodem loco coacti cōmoditas; & colloquendi in ocio magna licetia. Augustus primus cæterorum constituerat vñ castra Rauennatiū sub Ianiculo; Misenatiū; & peregrinorum in Cœlio monte ne dispergit milites direptionibus, & rapinis intenti urbem inquietarent. Fuit præterea ipsis castris prætorianis ædis Castrorum quæ adhuc extat sphærica forma, quo Senatus nonnunq; uocari consueuerat; præsertim cum de abrogādo imperio alicui agendum esset, ut de Maximini patre & filio scribit Capitolinus; & Gordiani duo; item pater & filius in æde Castrorum declarati sunt Augusti. Fuerūt olim castra præter prætoriana; Rauénatum Misenatum; peregrinorum; Tabulariorum; Læticariorum; Victimariorum; Salgamariorū; & Silicanorum.

## De porticibus & earum structura.

Porticus a porta uel a portando dicta creditur; propter repenti nos imbres; & umbras; ac deambulationis gratia edificabantur uno uel pluribus columnis ordinibus compacte longa cōtinuataque serie dispositæ; per quas ambulacra & gestiones accommodantur. Excipiebant autem brumales a meridie soles; aestiuas uero a Septentrione umbras; columnis ingentibus externo magna ex parte, marmore cōcinnatis. Fuerunt autem porticus apud ueteres uaria, multiplicitate forma extructæ longæ breuesque. Milliariae a numero passuum. Stadiatæ a stadiis. Item subterraneæ Cryptoporticus. Itēque a structura Corinthiacæ Doricæ & Tuscanicæ. Iungebatur porticus omnibus prope publicis; & magnis ædificiis etiam stabulis; ut est illud in porticibus Stabuli palatini, dedicarique numinibus consuerant; ut marmore incisum nuperime legimus. Siluano sancto L. Vallius Solen porticum ex uoto fecit; dedicauitque Kal. Aprilib. Pisone & bolano Coss.

De Porticu Iuia.

¶ Porticum Liuiam iuxta viam sacram / ubi nunc sunt ruinæ templi pacis fuisse olim scribit Suetonius / cum inquit Templum pacis / ubi ante fuit porticus liuia : & ubi domus Cæsaris dicit. Quā postea Augustus sumptuose nimium ornatam solo æquari iussit . Et illic liuiæ porticum ædificari . Cuius etiam meminit Ouidius in fastis . Disce tamen ueniens ætas / ubi liuia nunc est Porticus ; immensæ tecta fuisse domus . Quæ porticus Claudia etiam dicta est . Martialis ; Claudia diffusas / ubi porticus explicat umbras : Ultima pars aulæ deficiēt erat / a Nerone euersa / postea uero a Domitiano restituta sub nomine prisco . Cuius pars operiebatur uitis unius umbraculis miræ magnitudinis / ut tradit Plinius cum inquit . Vna uitis Romæ in liuiæ porticibus subdiales ambulaciones umbrosis operculis opacat , Eademq; duodenis musti amphoris fœcunda : ad eamq; porticum Vespasianum pacem suā ædificasse memorat .

De porticu Cn. Octauii / & Octauiae sororis Augusti.

Duæ fuerunt porticus satis propinqüæ , quæ ex similitudine nois saepe errorē fecerunt ; Alteram Cn. Octauio eius qui Persen Macdoniæ Regem classe uicit / & de eo triumphauit ; & hæc iuxta Pompei Theatrum , Eadem & Corinthia porticusa superstylii qualitate dicta est Plinius testimonio ita dicentis , inuenio a Cn. Octauio factam porticum duplēm ad circumflam . Quæ Corinthia sit appellata a capitibus æreis Columnarum . Altera Octauiae sororis Augusti ab Augusto uidelicet fratre in honorem eius condita iuxta theatru filii ipsius Marcelli Ex . C . Marcelllo geniti / quem illa mortuum usq; ad extreūm uitæ suæ fleuit . Senecæ testimonio . Nimirum Imperium successor destinabatur : & unde uicesimum agens annū extictus est : de quo Virgilianum illud Tu marcellus eris . Fecit enim uero Augustus plurima in honorem suorum ædificia , ut Caii & Lucii basilicam ; liuiæ porticum . Theatru Marcelli ; porticū ipsaq; Octauiae ; quam cōbustam quoq; restituīt . Eam nāq; unice dilexit , q̄q; ex alia matre prius genita esset / ut scribit Tranquillus . Excitauit & idem princeps porticum satis breuem ad templum Apollinis patrini / marmoreis ornamentis / ac signis ornatissimam / ut scribit Ovidius / & Propertius .

Porticus  
Claudia.

Vespasiani  
pax.

Porticus co  
rinthia.

Porticus  
Octauiae.

Porticus  
Apollinis  
Palatini.

# ANTIQVITATVM

Coragia

## De porticu Pompei:

¶ Porticus Pompei iuxta eius curiam / & Theatrū fuisse dicitur. Plinius; huius est inquit in porticu tabula/ quæ ante curiā eius fuerat. Oui de arte. Tu modo Pompei lensus spatiare sub umbra/Dum sol herculei terga leonis adit. Et uocabatur Ecastonylon/ quæ cū aliis iuxta edificiis magnum occupabat a theatro spatiū uersus aurorā extant adhuc aliqua uestigia. Vitruvius. Post Scenam inquit porticus sunt constituendæ; uti cum imbræ repentina ludos interpellauerint/habeat populus quo se recipiat a Theatro; Coragiæ laxamentum habeat ad cōparandum/ut sunt porticus pompeianæ.

## De porticu a. L. Septimio Seuero restituta/ & altera eius nomine condita.

¶ Extat adhuc porticus in uestibulo. S. angeli in piscina a, L. Seprtimio Seuero restituta/multo squallore ac situ deformata/cū inscripione. IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX AVG. ARABIC. ADIABENIC. PONT. MAX. TRIB. POT. XI. COS. III. & IMP. CAES. AVRELIVS ANT. PIVS FELIX PONT. MAX. TRIB. POT. VI. COS. PROCOS. PP. INCENDIO CONSVMPTVM RESTITVERVNT. Spartianus in Ant. bassiano reliquit inq[ue]st & porticū patris noie/ quæ gesta illius contineret/ & triūphos. nō de hac sed de altera porticu intelligendū puto/ quæ non extat.

## De porticu Neronis & cæteris porticibus.

¶ Fuit & portic⁹ Neronis triū mil. passuū. Nā Nero ut scribit Trā quillus Thermas suo noie/domū aureā / & porticū triū mil. passuū mira celeritate p[ro]fecit/ & portū Antii sumptuosissimis opibus extruxit.

¶ Fuerūt & porticus a Domitiano/ex lapide phégite/ad usu suum exornatae/de quibus Suetonius. Solertior inq[ue]st in dies porticuū / si quibus spatiari cōsueuerat/Parietes phégite lapide distinxit/e cuius splédo re p[ro]p[ri]as imagines quicquid a tergo fieret/p[ro]uideret. ¶ Fuere & porticus philippi; de quibus Plinius/ Zeuxidis inq[ue]st manu romæ Helena est: in philippi porticibus; & in Concordię Marsyas religatus/fuit & porticus Argonautarū / & Europæ: hæc quidam ita existimant. Sed ego eos impendio decipi arbitror: nam has non porticus fuisse/ sed picturas in aliqua ex istis porticibus certū habeo/ ut Athenis p[ro]cile porticus picturis insignis: q[ui] animos deambulantiū detineret,

Porticus do  
mitiani.

Portic⁹ phili  
ippi.

Porticus Ar  
gonautarū,  
& Europæ.

ut apud Maronem/atq; animum pictura pascit inani.

**C**Fuit & porticus Metelli ad templum Iouis Statoris. Extat hodie iuxta viam sacram/& forum/ubi nunc est ædis. S. Laurentii in mirāda porticus cū templo diuæ Faustinæ/& Antonini/cuius inscriptio.  
**DIVO ANTONINO** & **DIVAE FAVSTINÆ EXSC.**  
 Et in latere fori ubi nunc sunt tres colūnæ Porticus Iulia cū templo olim ueneris genitricis:nec desunt qui scribant eas fuisse. xiii. colūnas/ubi in modum basis Domitianī simulacrum collocatum erat, sub quo fluebat rhenus fluuius germaniae/ quam ipse subtegerat ut postea dicetur. Extat & in proximo capitolii chiuo Concordiaæ porticus adhuc integra octo columnarum una structura / opere dorico ut aliqui opinati lunt/sed templum fuisse non porticū ex inscriptio ne coarguitur. Videlicet. S. P. Q. R. INCENDIO CONSUMPTVM RESTITVT. ubi de templo non porticu intelligi uidetur nisi forte incenso templo/porticus immunitis ab igne permanerit. Erat prope hāc /& altera multo maior ex opere corinthio/cuius adhuc extant tres in angulo columnæ ex candido marmore ac stria to ubi extat tñ tituli postrema pars vñ RESTITVERE. Erat. nō ut scribit Tacitus insignis porticus ad ornamentum olim Capitolii Cuius matmora paulo supra nostram ætatem/licut plæraq; alia in calcis usum decocta transiere. **E**xtat hodie in Martio campo in platea presbiteroꝝ iuxta. S. Stephanum de trullio Porticus Antonini pii stadiata(ut creditur)cuius nec principiū nunc/nec finis apparent multæq; his proximis annis Columnæ cum ornamentis lucri causa diruptæ in calcem uersæ dicuntur. ubi & eius templum/& columnæ Cochlidis quæ adhuc extat. Fuit & porticus pulcherrima in templo Neptunni iuxta Scepta. Extat hodie omnium pulcherrima & integra/ante pantheon/columnis ingentibus & æneis in auratis recti trabibus/quæ dicitur protyrrion.i.+locus ante portā templi:  
**P**arauerat præterea Galienus Imp. porticū flaminiam usq; ad pontem miliuū/ut tetrastice fieret/sive pentastice/ut primus ordo pilas haberet/& ante se columnas cū statuis/secundus /& tertius / deinde diateffaron colūnas/ut scribit Trebellius. Instituerat præterea Gordianus porticū in campo sub colle mille pedū/ ita ut a terra/ parte/ qua mille pedū fuerat/atq; inter eas pariter & spatium pedum quin gentorum/cuius spacii hinc/atq; hinc uiridariis esset lauro/ myrto,

N iii

Porticus metelli.

Porticus Antonini et diuꝝ Faustinae.

Porticus Iulia.

Porticus cordicæ

Porticus Antonini pii.

Porticus Pauli thei.

Porticus flaminea.

Porticus Gordianæ.

## A N T I Q V I T A T V M

& buxo frequentata: medio uero lithostrotum breuibus columnis  
altrinsecus positis/& sigillis per pedes mille, quod esset ambulato-  
rium. ita ut in capite basilica esset pedum quingentorum/ut scribit  
Capitolinus ingestis Gordianorum.

Porticus ly/  
biæ.

Porticus cō/  
stantini.

Porticus  
Vipsana.

**F**uerunt & aliæ porticus sine numero quarum hodie sola nomina  
extant/ ut porticus libyæ/ ubi macellum in exquiliis. Porticus Con-  
stantini in regione uiæ latæ. porticus fabaria in auentino/ Porticus  
Vipsana a Vipsano Cos. frontei collega cōdita. Cuius meminit Mar-  
tialis/ & Facitus/ atq; alia multæ intra & extra urbem quas longum  
esset sigillatim describere.

### De Colūnis/& earum structura.

**C**olūnæ dictæ/ q; culmina sustineant/ unde inter colūnia spa-  
tia / quæ inter colūnas existunt. Colūnas/ & arcus in honorez  
principum erectas uidemus / non nimiū antiquo inuento; necq; Tra-  
iani & Antonini tempore uetustiores / nisi mēnianam dixerimus,  
honoris causa mēnio cōcessam in foro/ & colūnam Cæsaris/ & alias  
per paucas: ut infra dicetur: sed eæ ad magnificentiam; aliæ fulcimi-  
nis causa. Colūnarum autem tria sunt genera. Teretes: quadrāgulæ  
& striatæ/capita eaꝝ dicuntur Epistylia:pedes/ & sustentacula ba-  
ses: trūcus uero sine his dicitur Scapus; capita earum structura sunt  
Ionica/dorica/ Italica/corinthia/T uscanica ue extructa, ut docet Vi-  
truuius. Antiqui prius colūniam dicebāt / postea detracta littera co/  
lumna dicta est. auctore Quintiliano. Columnæ primum in huma/  
nam effigiem ad ædificia sustentanda/ & in memoriam suorū effigiatæ  
ut tradit idem Vitruuius libro primo. De origine earū Lacones ex/  
ercitum Persarum cum superassent/ porticum petiscam ex manubiis  
indicem uictoriæ posteris / pro Trophœis constituerunt/ ibiq; capti  
uorum Simulacra barbarico ornatu tectum sustentantia collocarūt  
Nec non Carinatum/deleto eorum oppido uiris interfectis/ stolas /  
& matronales ornatus eorum mulieres deponere passi sunt. Sed eter  
næ seruitutis exemplo / & contumelia passæ. Ideo Architecti artifi-  
ciis publicis designauerunt eorum imagines oneri ferundo colloca/  
tas: & ita ex eo argumento uarietates egregias auxerunt operibus.  
Extant hodie huiuscemodi duo senum māmorea simulacra tectum  
logiæ sustinentia in antiquis ædibus. D. Columnensium sub monte  
nunc Caballo. Et quatuor itidem semiñatum in hortis nunc. R. D.

Alexandri Card. Cesarini iuxta eius ædes Quam quidem structurā barbaricam porticum appellavit plautus. Sunt præterea Columnæ striatæ/canaliculis undiq; circuncauate; Sunt etiam Structiles / quæ non ex uno lapide: sed ex pluribus structæ sunt. Extant hodie duæ Colūnæ Cochlidum: Traiani: & Antonini pii Imp.

## De Colūna Cochlidis Traiani Imp.

**C**olūna Cochlidis Traiani in foro eius erecta adhuc cernitur: altitudinis pedū. CXXIII. ubi Cochlea interior cum gradibus. clxxxv. cum fenestellis. xly. In qua circunquaç; extrinsecus spectantur mare incisæ rerum gestarum Simulacra præstantissimi principis mirro artificio cœlata: ubi præcipue bellum dacicum: cui apud Parthos bellum gerenti dedicata fuit a Senatu: & eam columnam Traianus non uidit (ut non nullorum fert opinio) Ipse namq; e Persis rediens apud Seleuciam Syriæ urbem fluxu sanguinis extinctus est. Dion. uero græcus auctor ingentem inquit in foro suo Columnam statuit/ siue ut ea pro sepulchro esset: siue ut ostentatio eius operis: quod ille circa forum egit: Cliuus surgebat / quem effossa/quaç; uersus terra/ ita complanauit/ut undiq; Colūna conspiceretur. Forum deinde in areæ modum locatum mansit: quod Appollodorus architectus / q & Methodium/ & Gymnasiu; eo iubente/struxit. Solus hic omniū Imperatorum intra urbem sepultus: cuius cineres & ossa in urbem relata in eadem colūna condita dicuntur aurea pila/ cum eius imagine; quæ superstaret foro: ab se extracto / cuius scriptio huiusmodi in eius colūnæ base legitur.

**C**S. P. Q. R. IMP. CAES. DIVI NERVE. F. TRAIANO AVG. GERMANIC. DACICO PONT. MAX. TRIB. POT. XII. COS. XI. PP. ADDECLANDVM QVANTAE ALTITUDINIS MONS & LOCVS EST EGESTVS. Iungebatur antea Quirinalis Capitolino iugo, & ea pars / ubi forum/ & Columna est cochlidis solo æquata fuit/ ne locus suo spatio fraudaretur. Hic primus externus: & deinde alii ad Imperium promoti. Hic primus (ut quidam uolunt) barbā nutriuit non nulli Hadriano ascribūt/ quod uerisimilius est ut in eius nomis matibus apparet. quod & posteri fere omnes principes secuti sunt, cum antea quotidie rasitarent/ ut legitur de Augusto. Fuit aut̄ Traianus tantè mansuetudinis/ ut non tanq; principem cū suis ciuibus,

## A N T I Q V I T A T V M

sed tanq̄ socium se gesserit/unde in creatiōe principum ro. acclama-  
tum fertur / felicior sit Augusto: ac Traiano melior: nec Hadriano  
deterior. Hic ex omnibus Imp. optimi cognomen ex. S. C. meruit,  
ut in eius nomismatibus uidere licet.

De Colūna Cochlidis Antonini pii Imp.

¶ Altera Cochlidis Columna in campo Martio adhuc extat/ quam  
Antoninus pius Imp. sibi erexit/ altitudinis pedū. CLXXVI. cum  
intiore Cochlea, & gradib⁹. CIIII. fenestellis. LVI. Incendio  
nūc mutilata, & cōquassata cernitur + ubi res geste Antonini undiq̄  
marmore incisæ spectantur: maiusculæ/ ac prominentiores/ q̄ in Co-  
lumna Traiani: cui moribus/ & uirtute similis fuit. Qui etiam reli-  
gione, pietate, gratia, Clementia/ iustitiaq̄ cum Numa pompilio cō-  
parari potest: tantęq; modestiæ fuit, ut sepius illud Scipionis dictū  
usurparet/ malle se unum ciuem seruare/ q̄ mille hostes occidere. In  
cuius colūnæ summitate nudū simulacrum collocatū erat, ut in eius  
nomismate uidere licet. ab ipsa colūna/ regio nunc Colūnæ/ ubi ea  
erecta cernitur/nomen accepit.

De Colūna Cochlide porphyretica.

¶ Tradunt & Columnam cochlidem porphyreticam ex urbe roma  
constātinopolim aduectam a. M. Aurelio Constantino/ qui cū mul-  
ta ad ornatum nouæ urbis conquisisset/ Cochlidem etiam porphyre-  
tici lapidis ex urbe Ro. ad uehendam curauit. Cui statuam suam/ &  
Clauum unum Christi redēptoris in signem posuit. Quæ post mul-  
tos annos/ regnante Alexio Comneno violentia uentorum cecidisse  
fertur. Diuus Hieronymus scribit Constantinum nudasse urbes/ ut  
Constantinopolim ornaret. Constituerat præterea Antoninus Hæ-  
liogabalus Imp. Columnam unam ingentem dare ad quam ascen-  
deretur intrinsecus/ ita ut in summo Heliogabalum deū collocaret.  
Sed tantū saxum nō inuenit/cu; id de Thebaide adferre cogitaret,  
ut tradit Lampridius. Fuit & Columna Cæsaris / lapidis numidici  
XX. pedum/ ubi scalptum erat PATER PATRIAЕ. Fuit &  
in foro Columna/ quæ uocabatur Milliarium aureum: & Columna  
Mœnia iuxta basilicam. Et Columna lactaria in foro olitorio, ut  
supra dictum est.

De Obeliscis: & eorum forma.

Obeliscus lapis est / figuram metæ sensim proceritate in excelsum

Colūna Cæ-  
saris.

Colūna Mœ-  
nia.

Colūna La-  
ctaria.

consurgens/paulatim gracilescens, specie quadrata / in uerticem p/  
 ductus/angustum, manu leuigatus artificis, gr̄cam habens Ety-  
 mologiam, de quo satis multa Plinius / & Amianus Marcellinus,  
 fuerunt autem romæ Obelisci magni sex: duos in círco max + maior  
 CXXXII + pedum; minor uero. LXXXVIII. Vnus in uaticano  
 qui solus nūc extat pedum. LXXII. unus in cāpo Martio. LXXII.  
 Duo in mausoleo Augusti pares/ singuli pedum. XLII. Obelisci ue-  
 ro parui. XLII. & in plerisq; sunt notæ Aegyptiorum. Vnde Corne-  
 lius Tacitus/primi inquit per figuræ animalium Aegyptii sensus  
 mentis effingebant, & antiquissima monumenta memoriae impres-  
 sa in saxis cernuntur: & litterarum se inuenitores perhibent. Cheræ-  
 mon philosophus scripsit Hieroglyphica: abduc Romæ consimiles  
 līæ uisunt in minore Obelisco/& qdam iuxta pantheon Agrippæ,  
 Plinius libro. xxxv + nat. hist. Trabes inquit è lapide Simite fecere  
 reges quodam certamine / Obeliscos Solis numini sacratos/radiorū  
 eius argumentum in effigie est. Primus omnium Obeliscum Rex  
 Mythres instituit. Octavius Augustus duos admirandos ex urbe  
 ægyptiorum Heliopoli transtulit, Quorum unus in Circo max. cō-  
 stitntus pedum. C. XXII. omnium maximus / qui fuerit in orbe,  
 ob magnitudinem nunquam erectus / qui nunc in medio eo círco  
 multa tellure obrutus iacens / magnam ipsius circi partem occu-  
 pat / in duas partes olim cum erigere uellent in molitione confras-  
 etus dicitur/a Semiferreo Rege ante excisus. Alter uero minor pe-  
 des. IX. in Martio campo locatus; de quo idē Plinius / Is inquit Obe-  
 liscus/qui in campo Martio. C. X. pedū a Merosotide inscriptus est.  
 Ambo rerum interpretationem ægyptiorum philosophiæ continet:  
 cui ipse addidit admirabilem usum ad depræhendendas solis um-  
 bras dierum/ac noctium magnitudines; cuius uertici auratam pilā  
 Manlius mathematicus addidit/cuius summitate umbra colligere-  
 tur, strato lapide ad Obelisci magnitudinem / cui par fieret umbra/  
 rum effectus, qui hodie in multas partes confractus atq; terra obru-  
 tus iacet ad radices Citorii montis uersus tiberim. Quem nuperri-  
 me detectum uidimus / una cum base in qua talis legit inscriptio.  
 CAES. DIVI. F. AVGVSTVS. PONT. MAX. IMP.  
 XII. COS. TRIB. POT. XIV. AEGVPTO IN POTES-  
 TATEM POPVLI RO. REDAG. SOLI DONVM DEDIT

Obeliscus  
Solis in cā-  
po Martio.

## ANTIQUITATVM

Obeliscus  
lunæ.  
Gyrulus.

Obeliscus  
in Vaticano

Alter uero Obeliscus lunæ dicatus adhuc cernitur in colle hortulorum in hortis Salustianis (qui locus gyrulus ab incolis nunc dicitur) confractus iacet. ut supra dictum est. Duo in Augusti mausoleo pares/ quorum alter inter ruinas inuentus nuperime effossus est iuxta ædem sancti Rocchi/ ubi nunc in media via iacet confractus. Alter inuentus nec effossus post ædem sancti Rocchi. Tertius in uaticano solus hodie erectus cernitur in Caii / & Neronis circo / unus omnino fractus in molitione eius (ut tradit Plinius) quæ fecerat Setotidis filius / Nicoreus eiusdem remanet Centum cubitorum, quem post cœcitatem uisu redditio ex oraculo Soli sacrauit. Abies admiratio nis præcipue in naui/ quæ ex ægypto Caii principis iussu Obeliscus diuo Augusto / & diuo Tiberio in uaticano circo statutus/ quatuorq[ue] truncos lapidum ad sustinendum eum adduxit / qua naui nil admirabilius uisum in mari certum est. Centum uiginti modii tunc leatis pro Saburra ei fuere. Cuius ab uno latere talis extat inscriptio. DIVO CAESARI DIVI IVLII. F. AVGUSTO. F. CAESARI DIVI AVGUSTI. F. AVGUSTO TIBERIO SACRVM. Ab altero latere . DIVO CAESARI DIVI AVGUSTI. F. TIBERIO SACRVM . Quem hodie Obeliscus Iuliam sancti Petri a propinquâ eius basilica imperitum uulcus appellat. Duo parui nunc cernuntur erecti / quos apices magnoru[m] confractorum esse puto. Alter in Capitolio in hortis aræ coeli. Alter in platea sancti Machuti haud longe a pantheo. Vnus item extra moenia urbis & templum sanctæ Crucis in Hierusalem inter uineas/ ut supradictum est . Vnus ingens ac pulcherrimus iuxta uiam appia ad ii lapidem in hippodromo inter sanctum Sebastianum nunc / & Caput bouis in multas partes confractus / ubi hieroglyphicæ incisæ sunt litteræ. ubi adhuc extant signa metarum in medio circo per longum ordinem dispositæ / erant enim septem mætræ propter septem planetas medius erat Obeliscus / qui dicatus erat Soli , cæteræ metræ a dextris , & sinistris / cæteris planetis . Theophrastus tradit Regi Aegyptiorum a babylonio Rege Smaragdum missum quatuor digitorum longitudine , trium latitudine . Et fuisse apud eum in Iouis delubro Obeliscum , quatuor Smaragdis cubitorum altitudine , latitudine uero in una parte quatuor , in altera duo rum . Multa præterea Obeliscorum fragmenta uidentur hodie per

totam urbem. Sed maxime inter templum sancti Machutii & proximam ædem sancti Nicolai de forbitoribus.

De pyramidibus & eorum amplitudine & forma.

¶ Pyramides dicuntur quadratae moles instar inualescentis flaminæ, in acutum surgentes & ab igne ex græca etymologia originen habent. Quæ prius in egypto constitutæ sunt. De quibus Plinius/Dicantur inquit & Pyramides in eadem egypto regum pecuniæ oiosa, ac stulta ostentatio/ne pecuniâ successoribus/aut æmulis insidiantibus p/berent/aut ne plebs esset oiosa/uestigiaq; complura inchoatarum extant; una est in Arsinoe urbe/una in Memphi non procul a Labyrintho; Quarum meminit Cornelius Tacitus ita scribens. Cæterum Germanicus miraculis intendens animū/præcipuum Memnonis Effigies fuit/ ubi radiis Solis ita uocalem sonum reddens inter uix peruias harenas, instar montium eductæ pyramides certamine, & operibus regum. Quos imitati deinde Romani non nullas eiusdem formæ/uerū longe minores sepulchros gratia extruxerunt.

De Sepulchro. C. Cestii. vii. uiri Epulonum.

¶ Extat hodie ex omnibns una prope integra marmoreis ornamenti pulchre extorta in mediis nunc mœnibus urbis iuxta portā. S. Pauli in Sepulchrum. C. Cestii septēuirī Epulonum erecta/ut pedales litteræ in ea mole incisæ indicant cū inscriptione huiusmodi.

C. CESTIVS. L. F. POB. EPVLO. PR. TR. PL.

VII. VIR. EPVLONVM.

Extant infra multo minores litteræ uidelicet

OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMENTO DIEBVS. CCCXXX.

ARBITRATV

PONTI. P. F. CLAMELAE HEREDIS ET PONTHI. L.

Sunt & aliae litteræ uersus testaceum montem / quæ propter frutes & putrem situm legi nequeunt. Epulones inquit Cicero lib. iii. de oratore dicebantur qui epulas Iouis/cæterisq; diis instituendi postestatem habebant / quam hodie metam imperitum uulgas Sepulchrum Remi appellatsecutum (ut arbitror) opinionem/ qua etiæ deceptus est. D. Franciscus Petrarcha/ alioqui doctissimus/uir poeta/& orator magnus/qui scribit in quadam epistola fuisse sepulchrū Remi: quod ideo addidi/ne quis uulgi magis famam sequeretur / q; historiam, quæ rumore utiq; uulgi uerior reperitur. Nam Remus,

# ANTIQUITATVM

ut scribit Liuius, & Dionysius in auentino unde locus a Remo Re  
muria dictus est, uel q̄ is ibi sex uiderit uultures.

¶ Fuit & altera pyramis longe maior sub uaticano ac iuxta molem  
Hadrianam/quam nuperime Alexander.vi. destrui iussit/ ut recta  
linea dirigeret uiam/quam ipse nouam excitauit a porta castelli ad  
portam palatii uaticani/seu uerius ut obicem a Castro. S. Angeli re-  
moueret / quo magna acies hostium tuta tegi poterat. ¶ Fuit olim  
ea pyramis marmoreis ornamentis satis ornata apud ueteres ex qui-  
bus Donus papa primus strauisse dicitur atrium basilicæ .S. Petri.  
Quam quidem molē Scipionis sepulchrū fuisse olim scribit Acron  
in Epodo Horatii cuȝ inquit. Deuicta enim Carthagine uirtute Sci-  
pionis africani/cum Afri aduersus Romanos denuo rebellarent/cō-  
fulto oraculo responsum est, ut sepulchrum Scipionis fieret: qđ Car-  
thaginem respiceret, tunc leuati cineres sunt de pyramide in uatica-  
no constituta/& humati in sepulchro eius in portu/ ut Carthagines  
respiceret. Tam & si gentile Scipionum sepulchrum fuisse uia ap-  
pia satis constat / ut infra diceatur. Visuntur hodie plæręq; aliaç py-  
ramides / siue metæ longe minores / ac semidirutæ extra urbē iuxta  
uias publicas p̄sertim iuxta flaminiam/Salaria/& appiam.

De metis & earum formâ.

¶ Meta congeries siue strues in acutum tendens /ceu turbo inuersus  
teretis formæ/plura habet significata/sunt autem magnæ/& paruæ,  
paruis quidem utebantur pro terminis agrorum / & uiarum, erant  
& Circorum metæ, ubi quadrigæ cursum circunflectebant. Extat  
adhuc extra urbem in uia appia extybertino lapide extracta sphéri-  
ca forma/sine apice meta cognomento nunc caput bouis/q̄ illic un-  
diq; bubulog; eāpitū simulachra lapide cælata uidentur, cui⁹ instar  
in mole Hadriana nūc cernitur. Quod sepulchrum Metellæ uxoris  
Crassi fuisse olim breuis illic inscriptio ostendit.

¶ CAECILIAE Q. CAECILII + F. METELLAE CRASSI.  
Fuit olim uia appia ueterum sepulchris a dextris/& sinistris frequē-  
tissima, ubi adhuc multa antiquorum semidiruta/& obsoleta monu-  
mentorum uestigia, suis nunc nudata ornamentis apparent. Cicero  
An tu egressus inquit porta capena/Collatini Scipiorum/Seruiliog;  
Metellorum sepulchra uides, miseros putas illos? In eadem appia  
uia.vi.ab urbe lapide ipsius + M. Tullii & Tulliorum monumenta  
fuere?

Pyramis in  
vaticano ab  
Alexandro  
vi.diruta.

Sepulchruȝ  
Scipionis.

Sepulchruȝ  
Metellæ.

fuere; ubi inscripta marmora ante hos annos plurima retecta sunt. Sepulchra enim apud ueteres erant extra urbem. Vnde lex. xii. tabularum; in urbe ne sepellito ne ue uito. Item de lege sepulchrorū Cicero. ii. de legib[us] in urbe inquit: sepeliri lex uetat; & decreta pontificis cum collegia non esse ius loco publico fieri sepulchrum. Nostis extra portam collinam ædem honoris & aram in eo loco fuisse memoriae proditum est: ad eam cum lamina fuisset inuenta in ea scriptum dominae honoris, ea causa facta ædis eius ædificandæ, sed cum multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt: Statuit enim collegium locum publicum non potuisse priuata religione obligari. Sepulchra olim non modo sibi nobiles Ro. cōstituebant, sed libertis libertabus & amicis, posterisq[ue] suis, ut legitur de Ennio poeta apud Ouidium. Ennius emeruit calabris in montibus ortus, Vicinus ponit Scipio magne tibi. Cicero in oratione pro Archia poeta / Carus inquit fuit africano superiori noster Ennius; Itaq[ue] in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus; & marmoreis laudibus. Cōsimili prope honore. D. brutus Accium poetam decorauit; qui illius carminibus teplorum & monumētorum suorum aditus exorauit. Sepulchrorum enim magna olim romanis cura fuit; qui publica monumenta pauperibus & seruis; ubi conderentur; & dicabant. Quin & brutis anima libus; ut legitur de equo. l. Veri cui mortuo sepulchrum inuaticano fecit, De sepulchris multa Augustinus & Ambrosius; qui dicunt esse potius danna uinorum q[uod] præsidia mortuorum.

## De coemiteriis.

Postera etas æmulatione quadam illorum ueterum condidit subterranea Coemiteria; ubi mortuorum cadauera sepelirentur; & christiano rum est institutum. Coemiteriū grecę/latine dormitorū: siue quietis locus dici potest: Extant hodie eorum vestigia extra urbem iuxta vias publicas/Coemiterium Comodillæ/via ostiensis iuxta basilicam s. Pauli. Coemiterium Domitillæ via ardeatina iuxta s. petronillam, Eadem via Coemiterium balbinæ, priscillæ & basilei. Coemiterium prætextati via appia/apud. s. Ianuarium. Eadem quoq[ue] via Coemiterium Calixti/ad ædem nunc s. Sebastiani. Coemiterium Cyriacæ via tyburtina ad. s. Laurentium extra muros. Priscillæ item via salaria. apud. s. Siluestru, eadem via Thrasonis, & basyllæ. Itē apronia niad cliuum cucumeris. Coemiteriū Galopodii via Aurelia: apud. s.



## A N T I Q V I T A T I V M

Calistum. Cœmiterium ad insalatas uia portuensi iuxta. S. fœlicem.  
Cœmiterium inter duas lauros uia labicaria. Item iuxta. S. bibiana  
adursum pileatum; fuerunt & multa alia quæ breuitatis causa omit  
to. Extat hodie freques Cœmiterium Campi Sancti iuxta basalicam  
S. Petri inuaticano.

### De Septizoniis.

Duo fuisse apud ueteres Septizonia inuenio; sed ambiguitas est de  
loco & uocabulo; uetustioris meminit Plinius, & Septisolium uocat.  
Item Strabo. Suetonius etiā in Tito/cū inquit, Natus est Titus. iiiii.  
Cal. Ianuarii insigni anno Caiana tēde prope Septizonium/sordidis  
ędibus/Cubiculo paruo/& obscuro/manet adhuc/& ostenditur. Itē  
apud sacras litteras ita scriptum est, Transeunti apostolo Petro an  
te Septisolia in uia noua/cecidit fasciola/e suppurato/diu turna com  
pede/cture, unde crediderim Septizonium/quod nūc semidirutum  
extat instauratum fuisse a Septimio Seuero Imp. uel nouum/iuxta  
uetus Septizonium ab eo excitatum/satis constat utrūq; fuisse uno  
in loco uel parū inter se distans iuxta viam nouā: de quo ælius Spar  
tianus ita scribit/Cum Septizonium faceret/nihil aliud cogitauit/q  
ut ex Africa uenientes suum opus cernerent.i.regium atrium ab ea  
parte facere uoluisse peribetur, quod ēt post Alexander Seuerus cū  
uellet facere ab Haruspicibus dicitur prohibitus/cū hoc sciscitatus/  
non litasset, est enim moles alta inter Palatium/& cœlum montem  
assurgens.Cuius triplex extat Etymologia; uidelicet Septizonium  
a septem Zonis/sive septem lineis. Septodium a septem uiis Septi  
solium a septem solariis/sive cōtignationibus/quarum signa adhuc  
extat infrauctra lapidum ab imo usq; ad summum. Sunt ibi tres ordi  
nes colunarū innicem suppositi in modū porticū; moles ipsa male  
se sustinēs iā iā lapsura corruet; ubi in frōtispicio litterę caducę sunt  
cu; titulo haud integrō. C. TRIB. POT. VI. COS. FOR  
TISSIMVS NOBILISSIMVSQ. iuxta quē locū fuit  
olim ædis, S. Lucia ad Septisolia titulo Cardin. ubi Gregorii. ix. Pō  
tifex creatus est.

### De Colossis & eorum forma.

Colossus uocabulum est græcum/ab hebetando aspectu(ut tradit  
Suidas) uel ut scribit Pompeius/a Colosso primo cōditore;diciturq;  
alta/membrosaq; statua. Plinius ita inquit Mirumq; mihi uidetur  
cum statuarum in Italiam tam uetus origo/potius lignea/aut futilia  
deorum simulacra in delubris dicata/usq; ad deuictam Asham, unde

Irrepxit Inxuria. Moles quippe excogitaras uidemus statuarū/quas Colossoſ uocant turribus pares. ¶ Talis est in Capitolio Apollo tranflatuſ ex apollonia ponti urbe. xxx, cubitorum/quinquaginta de talentis factus. ¶ Talis est campo martio Iuppiter a Claudio Cæſ, dicas, qui decoratur Pompei Theatri uicinitate. ¶ Ante omnes autē in admiratiōe fuit. Solis Colossus Rhodi, quem fecerat Chares lyn dius. lxx. cubitorum altitudinis terremotu prostratus iacens quoq; miraculo eſt. Pauci pollicem eius amplectuntur, Maiores ſunt digiti, q̄ pleriq; ſtatua/uaſti ſpecus hiāt de fractis membris, Spectantur intus magna molis ſaxa, quorum pondere illud ſtabiliuerat conſtituens. xii. annis effectum. ccc. talentis. Quidam tradunt Coloſſum hunc Sarraſenos demolitos/cum illuc nauigarent/& ex eius ære no ningentos camelos onuſtos tuliffe. Sunt alii in eadem urbe Coloſſi centum numero, ſed ubi ſinguli fuiffent nobilitati locū. ¶ Facti tauit Coloſſos & Italia uidemusq; certe Apollinem in bibliotheca tē pli Augusti tuſcanicum. l. pedum a pollice. Dubium/ære nobiliorē/ an pulchritudine. ¶ Fecit &. Q. Seruilius Iouem/qui eſt in Capitolio/amplitudo ranta/ut conficiatur a latiari Ioue. Habet in eodem Capitolio admiratione/quæ. P. Lentulus alterum a Charete ſupradicto factum. ¶ Alterum fecit Decius comparatione tantū uiētus ut artificium minime probabilis artificis uideatur. ¶ Verum omnē amplitudinem eius generis ſtatuarū uicit & tate noſtra Xenodorus Mercurio facto in ciuitate Galilæ Aruernis per anno. x. peduȝ. cccc. in magno pretio, Is poſtq; ſatis ibi artem probauerat, Romā accitus a Nerone, ubi deſtinatum illius principis Simulacrum / Coloſſum centum uiginti pedum magnitudine, quē conſtituit in domo aurea De quo Martialis. Hic ubi ſidereus proprius uidet aſtra Coloſſus, & ſubdit, Inuidiosa feri radiabant atria Regis, qui dicatus ſolis uenerationi eſt; dānatis ſcæleribus illius principis. Ea ſtatua indicauit in teriffe fundendi æris ſcientiam. Cum uero largiri aurum; argentiūq; paratus fuiffet, & Xenodorus ſciētiā fundēdi cælandiq; nulli ueteri postponeret. ¶ Fuit & Coloſſus Domitianī in foro/de quo papinius Quæ ſup ipoſito moles gemiata Coloſſo ſtat latiū cōplexa forū Fuit præterea Coloſſus ſcopę i tēplo bruti callaici apud circū ad labicanā portā euīt. Tradūt, & in ægypti labiryntho Coloſſuȝ fuifſe Serapis ex Smaragdo dīgor. xi, ex omnibus hodie æris Coloſſis nihil extat

Apollo trāſ ſtatus ex a pollonia pōti vrbe.

Coloſſuſ ſo lis Rhodi lxx. cubito rum

Apollo i bī bliotheca tē pli auguſti.

Latiaris Iupi ter:

Coloſſuſ ne ronis

Coloſſuſ Domitianī

Coloſſuſ Scopæ:

## ANTIQUITATVM

publice præter unius caput/manum ac pedem in Capitolio pro eadibus cōseruatoꝝ. Fuerunt et statuꝝ & colossi marmorei turribus parres/quarꝝ capita/pedesqꝫ & fragmēta p totam urbem cernūtur. Iuuinalis/Et de marmoreo citharam suspende colosso.

### De Statuis & Simulacris.

¶ Statuꝝ a statuedo dicte & sunt simulacra, uel cœrea, uel eburnea, uel marmorea, uel ex alia quacunqꝫ materia/ imagines uero uel cœræ/uel pictæ. Suet. in Tiberio/Statuas/atqꝫ imagines/nisi pmitten tem seponi phibuit. Statuꝝ artē inquit Plin. familiarē fuisse quoqꝫ & uetustā Hercules ab Euādro sacratus in foro boario / q triūphalis uocat / atqꝫ p triūphos uestit̄ habitu triūphali : & Janus geminus a Numa rege dicatus. Cicero philip. viii. Maiores nr̄i inquit Statuas multis decreuerūt/sepulchra paucis. Sed statuꝝ intereūt tēpestate, ui, uetustate. Sepulchroḡat sanctitas in ipso loco est, ꝑ nulla ui mo ueri, neqꝫ deleri potest; atqꝫ uti cætera extingunt̄/sic sepulchra fiunt sanctiora uetustate. Fuerunt in urbe olim statuꝝ sine numero/& pedestres/& equestres, ex omni materia, sed præsertim marmoreæ, que hodie siquæ extat p maiori parte cōminutæ, ac naribus pſertis muti latæ apparēt/ui/casū/uel tēporꝝ iniuria/aut uetustate. Ex eq̄ſtrib⁹ una tñ extat ḡrea in laterano habitu/& gestu pacificatoris. Eāqꝫ M. Aurelii/antonini esse tradūt/siue. L. Veri ut in eius nomismatib⁹ ſlido fatis exp̄ſſe patet. nec desunt qafferāt eā esse. L. Septimii ſeueri / quā post adeptū imperiū ſibi extruxit ex ſōnio qđ uiderat/ui ſcribit Herodianus gr̄ecus auctor. Quæ statua cū nō ſatis digno loco cōſtituta eſſet/a Sixto. iiii. base marmorea honestat̄. Fuit p̄terea statua eq̄ſtris Cesaris dict. in foro ante Veneris genitricis ædē/in qua ſex dactylo/ thecas cōſecravit. Vtebatur inquit Suetonius equo insigni/pedibus ppe humanis/& in modū digitorꝝ ungulis ſcillis āteriorꝝ pedū. quē natū apud ſe Haruspices imperiū orbis ſignificare dño pñūciassent magna cura aluit, nec patientē ſeſſoris alterius primus ascendit/cuius instar pro æde Veneris genitricis dedicauit. Idem ferme ſcribit Plinius, idēqꝫ prope de bucephalo magni Alexātri equo tradit̄. Fuit in eodē foro statua aurea Domitianī/ſub qua fluebat (ut in eius nomismatibus apparet) ſimulatus Rhenus fluuius germanicꝝ/quā ipſe ſubegit/ut uideri uoluit/unde & germanicus dictus eſt. Papinius iſſilis. Dextra uerat pugnas; leuum tritonia uirgo; nō grauat. Erat, n.

Hercules ab Euādro poſitus habitu triūphali.  
Janus geminus.  
Sepulchro rum ſcritas.

Statua .M.  
Aurelii An  
tonini ſiue  
L. Veri.

Statua eque  
ſtris C̄ſ.  
Equus C̄ſ.

Statua eq.  
Domitianī.

LIBER . IV . Statuē & Simulaē fol. LXXX.

ipsa statua in foro iuxta lacum curtū in solida mole collocata, unde paulo inferius. Par operi sedes. Fuit autem ut multi existimant palladis templum turris illa/quæ adhuc extat ante porticum Faustinæ quæ corrupto uocabulo pallara pro palladia uulgo pronunciatur, ubi nunc quadrupedum uectigal exigitur in campo/ita hodie locus a negociantibus uocatur. Domitianus (ut scribit Tranquillus) non sinebat sibi ponī, nisi auream/aut argenteam statuam/ac deum etiā se uiuente coli. Fuit etiam equus Traiani in foro suo, & eodem foro ro. Statua equestris Constantini Imp. & aurea imago Syllæ ante rostra cum titulo IMPERATORI FORTVNATO. Fuit & Q. Marci statua equestris/in foro dicata/ quæ ante templum Castoris posita erat. Fuerunt præterea per totam urbem Equi ænei deaurati numero. xxiiii. Eburnei. xciiii. De statuis uero satis multa scribit Plinius libro. xxxvi. nat. hist. Qui tradit Romæ simulacrum primū cereri ex peculio Sp + Castri: quem regnum affectantem pater ipsius interemit. Moris fuit græcorum nudas ponere statuas / Romanorū uero tunicas; At Romuli & Camilli sine tunica, & ante ædē Castoris fuit. M. Tremellii Equestris togata. Fuit & M. Attii Nauii ærea statua uelata in foro a Tarquinio posita; & Horatii Coclitis statua ī Comitio, & Mutii & Cloelij uirginis antiquissima in summa sacra via imago insidēs equo. Fuit & statua Neui poetæ de qua notatū est ab auctoribus Attium portam in Camenarum æde maxima forma statuam sibi posuisse cum breui ipse esset forma. Item Romæ extra portam capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt, duæ P. & L. Scipionum, Tertia. Q. Ennii poetæ. Plinius libro. iii. nat. hist. Prior inquit Africanus. Q. Ennii statuam sepulchro suo imponi iussit. Immo uero spoliū extrema orbis parte raptū in cinere supremo eius poetæ titulo legi. Iuniū brutum etiam prisci Romani ex ære finxerunt medium inter reges ensem strictum tenentem, q̄ is constantissime Tarquinios euertisset, ubi scriptum erat. VT IN AM NVNC BR VTE VIVERES. Fuit & in Capitolio Aemilii lepidi pueri statua bullata, & prætextata ex S. C. posita, q̄ hostem in acie interemisset; & ciuem seruasset. Fuit & in eodem monte. L. Scipionis statua Clamydata, & crepidata, q̄ eo habitu aliquando usus erat, effigiem suam ponī uoluit. Fuit & pedestris statua Syllæ, de qua Cicero philip. ix. Siquis ē inq̄

Templū  
Palladis.

Equus Tra/  
ianī.

Statua eq.  
Cōstantini:

Statua eq.  
Q. Marci

Equi ænei  
deaurati.

Eq. eburnei  
Simulacru<sup>z</sup>  
primū ro/  
mæ Cererī  
positum.

Tremellista  
tua eq.

M. Nauii sta-  
tua aurea in  
foro.

Statua Mu-  
tii & Cloe/  
lii virginis.

Statua neui  
Tres statuæ  
in monumē  
to Scipionū  
Statua ennii  
poetæ.

Iunii Bruti  
Simulacru<sup>z</sup>.

Statua æmi/  
lii pueri bul-  
lata/ & præ/  
testata.

Statua pede-  
stris Syllæ.

## ANTIQUITATVM.

quatuor statuæ legatoz  
rū in rostris  
Concordiæ  
signum.  
Fœminarū  
exempla.  
Q. Claudiæ  
statua.

Augusti Si-  
mulacrum.  
Simulacruz  
L. Septimii.  
galieni imp.  
Colossus.

Alexadri se-  
ueri.  
Statuæ co-  
lossæ.

sensus in morte/ænea statua futura/ & ea pedestris magis q̄ in aura/  
ta equestris; qualis. L. Syllæ prima statua est. Fuerunt & in rostris  
quatuor statuæ legatorum / quos Lartes Tolunius Vejetorum rex  
interfecit; iis enim maiores nostri , qui pro re pu. mortem obierunt  
pro breui uita diuturnam memoriam reliquerunt. Fuit & Concor-  
diæ Signum, quod. Q. Martius fecerat, idq; in publico collocauit,  
quod •C. Cassius censor in curiam transtulit. Erant & fœminarum  
exempla inquit Suetonius, & in Claudia familia/quæ nauem cū sa-  
critis matris deum ideæ adherentem tiberino uado extraxit, cuius sta-  
tua in templo matris deum reposita/bis incendio æde consumpta re-  
mansit integra/& inuiolata. Fuit & simulacrum Augusti in summi-  
tate eius Mausolei positum. Item. L. + Septimii simulacrum in eius  
Septironio. Itez in colûna cochlidis Traiani, necnon Antonini pii  
in summitate / collocata Simulacra/ ut in eorum nomismatibus ap-  
paret. Cœpit & Galienus Imp. statuam Colosso duplo maiorem so-  
lis habitu/sed preuentus morte non absoluit/quā in summo Exqui-  
liarum uertice collocare constituerat. ut undiq; conficeretur / ut  
scribit Tremellius pollio. Alexander seuerus ex porphyretico lapi/  
de opus in palatio istituit/multasq; in urbe statuas colossas locauit.  
artificibus undiq; conquisitis. præterea uero in atriis magnorum ci/  
uium seruabantur/in cæris expressi uultus singulis exponebantur  
in atriis / ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera,  
Ouidius in fastis. Perlege dispositas generosa per atria ceras. & poe-  
ta satyricus. Tota licet ueteres exornent atria cæræ. Stemmata uero  
lineis disponebant ad imagines pietas. Præterea opere precium est,  
ac scitu dignum q; apud ueteres ita statuæ formabantur / ut capita  
tollî / ut alia substitui possent/ut docet Plinius/ cum inquit / Surdo  
statuarum discrimine capita permuntantur/hoc factum fuerat in Au-  
gusti statua, cuius rei auctor dñatus est. Simulacrum est ficta ima-  
go alicuius. Simulacra olim in principio ex desiderio mortuorū or-  
ta sunt, ut quæ deserant uiuere uiderentur. Nec mirum esse uidea-  
tur/q; statuæ capitibus careant/quoniam capita facilius feruntur/ q̄  
cæterum corpus/nam in uultu omnis decor & gratia statuarum est,  
& ideo pro maiori parte / capite carentes cernuntur. Præterea q; ea  
pars fragilior est / & ad læsionem paratior / nam hodie ab his / qui  
sunt antiquitatum studiosi furtim auferuntur / multæq; clanculum

sublatæ: aut emptæ alio deferuntur, præsertim florentiam, & Vene-  
tias. Licet cautum sit perpetuo interdicto/ ne quis eas subripiat. Tra-  
dunt diuum Gregorium magnum præcipuas Romæ statuas/ & q-  
quid erat mirandi operis in tiberim præcipitari iussisse/ aut mutila-  
ti: ne mortales a religione nuper instituta/sua specie distraherentur.  
Sed ne dicant maliuoli/ & historiarum ignari/gregorii pontificis ius  
su comminutas esse maiorum statuas/ac monumenta / cū doctis sen-  
tiant. Nam Cōstantius homo græcus perfidus/ & neq/ Romā quin-  
ta postq ingressus est die ad direptionem conuersus, omnes statuas  
ex ære/ & marmore ad ornatum urbis positas distrahit, & nauibus  
ad id præparatis imponit/deinde/quicquid superstítit direpta urbe  
ab hostibus sublatum/ & quæ secum ferre nequierunt ornamenta,  
malignitate quadam / & sequitia comminuta/ac mutilata reliquerūt.  
Decentiores paulo statuas ac uetusiores semper impensius exquisi-  
tæ/ & emptæ sunt, unde Horatius in sermonibus, Insanit ueteres sta-  
tuas Damalippus emendo.

## De Curiis/ &amp; earum differentiâ.

**C**VRIA a curando dicta, Curiæ in principio fuerunt. xxx. postea  
xxxv. singulis curiis præfecti: qui sacra obirent / & appellati  
Curiones/postea distinctæ curiæ numero denario, & appellatae de-  
curiæ. Duplex erat curia/ ubi sacerdotes res diuinæ/ & ubi Senatus  
res humanæ curabat. Sed curia/ ubi dabatur Senatus, tēplum erat,  
uel Apollinis , uel Concordiæ/ & nisi in augusto loco Senatus habe-  
ri non poterat: unde templum Vestæ non fuit augurio cōsecratum/  
ne illuc cōueniret Senatus/ ubi erant uirgines: nam hæc fuerat regia  
Numæ Pompilii, ad atrium uero Vestæ conueniebatur, qnod a tem-  
plo remotum erat/Curia templum non nisi augurato erat. Aerariū,  
Carcer, Curia/inquit Vitruvius / foro sunt cōiungenda/sed ita / uti  
magnitudo symmetriæ eorum respondeat. Foro maxime quidem cu-  
ria in primis est faciēda/ad dignitatem municipii, siue ciuitatis. xii.  
autem erant gradus, quibus ascendebatur in curiam: propter. xii. si-  
gna, ubi erat simulacrum Victoriae ex auro puro. Victoria enim pin-  
gebatur alata tenens in manu trophyum. Præcipuæ uero fuerunt  
Curiæ uetus, hostilia , pompeiana: & Calabra. Curia autem uetus  
fuit in angulo palatii uersus Colosseum, ut quidam tradunt. Varro  
tamen iuxta Carinas fuisse ait, unde caput uice sacræ. Calabra iuxta

Curiæ. xxxv  
Curiones.  
Decuriæ.  
Duplex cu-  
ria.  
Templū cō  
cordiæ.  
Tēplū apo-  
linis.  
Tēplūveste  
Atriū vestæ  
Regia Nu-  
mæ pomp.  
Curiæ po-  
sitio.

Simulacru<sup>z</sup>  
Victoriae.  
Guria uetus  
Hostilia pō  
peiana.  
Calabra.

# A N T I Q V I T A T U M

- Curia Saliorum.  
 Lituus Romuli.  
 Curia hostilia duplex.  
  
 Regia Tulli hostilii.  
  
 Curia tifata  
 Curia Catonis.  
 Curia Pompeiana.  
 Curia Iulia/  
 & Augusti.  
 Curia Octaviae.  
 Curia sine cognomēto  
 Curia Pomialiana.  
  
 Curię nouę  
 Curię ueteres.  
  
 Senatnla  
 tria.
- forum. ubi tantum ratio sacrorum gereretur; & ubi minor pontifex festa pronunciabat, quae a Romulo prius instituta (ut creditur) culmoq; tecta; ad quam Senatum, & populum vocare consueuerat rex sacrificulus, quia adhuc fasti non erant. Fuit præterea Curia saliorum / in palatio; nam Salii propriam habuere curiam / quae cum cōflaglasset / innentus est in ea Lituus Romuli integer, ut scribit Cicero de diuinatione. Curiā autem hostiliam duobus in locis fuisse iuuenio, unam iuxta forum, ubi rex hostilius prius habitauit, quam M. Varro scribit fuisse ppe rostra. In ruinis tēpli pacis superioribus annis inuentum est effractum marmor / ubi incisæ litteræ. IN CURIA HOSTILIA. Alterā uero Curiam hostiliam in cœlio monte / fuisse scribit. Liuius cū inq̄ Tullus rex curia; fecit / q̄ hostilia usq; ad patrum nostrorum ætatem appellata / in cœlio monte / & ut celebris esset locus / regiam sibi fecit / & templum, quod in curiam rededit patribus minorum gentium. Fuit & curia Tifata / iuxta quam fuit domus Curiī dentati, fuit & curia Catonis sub qua basilicā suā struxit in censura; uicina foro; ut tradit Asconius. Fuit præterea curia Pompeiana iuxta Theatrum pompei / ubi Cesar dictator fuit interfectus. Quæ post eius mortem diruta / nunq̄ postea ob eam causas instaurata est. Fuit & curia diuī Iulii / quae Iulia dicta est / & Augusti, quam in comitio consecratam ferunt. Fuit & curia Octaviae cuius meminit Plinius. Fuit & curia Gerusia / quae senioru; dicta. Fuit præterea Curia una sine cognomēto de qua Pedianus Asconius / Rostra ad Comitium inquit iuncta curiæ / iuxta quam fuit statua personæ. Fuit & Curia Pomialiana ut scribit Vopiscus / cum inquit Amplissimus Senatus cum in curiam Pomialianam conuenisset / Aurelius Gordianus dixit. Referimus ad uos. P.C. litteras exercitus felicissimi. Fuerunt & curiæ nouæ iuxta compitū Fabritii edificatae, q; parum ampliæ erant ueteres a Romulo factæ ubi is populum / & sacra in partes. xxx. distribueret.
- De Senatulis.
- C**Senatulum locus / ubi Senatores consultandi gratia consistebant quidam tradunt Senatum apud Senatulum habitare consueisse, ut cum e curia vocarentur præsto adesset. Senatula tria olim Romæ fuisse iuuenio, in quibus Senatus haberit solitus sit / ut memorie prodidit Nicostratus in libro / qui inscribitur de Senatu, Vnum supra

Græcostas in ubi ædis Concordiæ & basilica opima inter Capitoliū & forum appellatum Senatulum aureum in quo solebant magistratus cum senatoribus deliberare / de quo Valerius Max. ita scribit, Ante / Senatus assiduam stationem eo loco peragebat / qui hodie Senatulum appellatur. Alterum ad portam Capenam / ad templū Martis. Tertium circa ædem bellonæ / ad circum flamminium. ubi dabatur Senatus legatis / quos in urbem admittere nolebant. Additum & quartum matronarum, quod Antoninus bassiani filius fecit in colle Quirinali: de quo Lampridius fecit inquit in colle Quirinali Senatulum, i. mulierum Senatum / in quo ante fuit Cōuentus matronarum / solēnibus dūtaxat diebus.

## De Græcostasi.

¶ Græcostasis locus supra Comitium, ubi fuit ædis Concordiæ quā Fulvius uouit, si populo recōciliaret ordines, cū ad id pecunia publica nō decernere / ex mulctatitia / sceneratoribus dānatis ædiculā auream fecit in græcostasi, quæ tunc erat supra comitium / ubi nationum legati sublisteret / qui ad Senatū missi essent, ut meminit Cicero in Epistola ad Q. fratrem. & p̄sertim Græci ob philosophiam / & orationem seorsum / ac digniori loco excipiebantur.

## De Comitio / &amp; Comitiis.

¶ Comitium inquit Pedianus asco. Locus in foro prope Senatulum quo Equitibus / populoq; ro. licebat coire; ubi & stans populus suffragia ferebat. de quo. M. Varro ante curiam inquit hostiliam rostra, sub dextro huius comitio locus instructus. Cicero pro Sextio Cum forū / Comitium / Curiam / multa de nocte armatis hominibus, ac seruis plærosq; occupassent impetum faciunt in fabritium / unde cōstat Comitium / & Curiā in foro esse. Plutarchus de scēdere isto inter Romulum / & Tatium ita tradit / Quo autem in loco huius scēderis conditiones firmatæ / sanctæq; sunt / usq; ad nostram memoriam a coeundo comitium nomen admisit / is locus fuisse traditur iuxta fiducum ruminalem. Comitia uero / numero multitudinis fuerunt Consularia / prætoria / Quæstoria / Tribunitia / ædilitia / & omnium magistratum / quæ suffragiis consularibus crearentur. Comitia ipsa septa erant in Campo martio iuxta montem Citatorium, quæ diu intermissa, ab Hadriano demum revocata fuisse scribit Aelius Spartianus.

Senatulum aureum.  
Senatulum ad portas capenam / ad templū martis.  
Senatulum circa ædem bellonæ.  
Senatulum matronarum

Comitia numero multi tudinis qd?

# ANTIQUITATVM

## De gynnasio & Academia.

Ludus quid  
Ludi quid  
De Academia ro.

Gymnasium uocabulū est græcum / & proprie locus / ubi Iudi exercebantur, ut gymnasī Pompei / Neronis, & Cōmodi lmp. poniturq; pro litterario Ludo, Ludus enim singulari nūero, pro Schola, Schola inquit Asconius ped. omnem ludū dixere Romani vt ludū Pompei lenē, ludum æmilium, gallicum, matutinū dicitur etiā Academia, & Atheneū. Ludi vero numero multitudinis quinq; erāt apud Romanos videlicet Megalenses, Circenses, plebejī, funebres, & Apollinares, Primus omnium Romæ Quintilianus publice docuit: diuisis in classes locis, vbi pueri, & puellæ seorsum ab etate prouectis mansitarent. Placet igitur quāquam extra fortem / memoria patrum nostrorum Gymnasiū, siue Academiā in centro nunc vrbis ab Eugenio. iiii. a primis fundamētis excitatum, nam tū litteræ græcæ & latī ne, quę sexcentis iam annis in situ, & tenebris iacuerant splendore aliquē resumere cęperūt, ac tanquā ex equotroiano prodiere doctissimi viri gręco, latinoq; sermone in lucem liberales artes iam reuocati / constitutis tū demū ex publico stipēdiis bonarum artium professoribus / ex consensu populi R.o ad quę res ipsa spectare uidetur / decursis aliquot deinde lustris. Alexāder. vi. ampliato loco / noua illīc ædificia excitauit / porticibus / ambulacris / subdialibusq; dietis cū atrio & cauedio designatis / more ueteris Academiæ auspicatus / nec absoluīt / quā molem fabricantiū uitio labefactatam reparari / instauriq; Clemens. viii. op. max. iussit. Francisco perusco præsule massa no ro. Academiæ rectore.

## De bibliothecis antiquis.

Libraria  
Biblioteca palatina  
Biblioteca pollionis  
Biblioteca Augusti  
Biblioteca capitolina  
Bibl. Marcelli.

Bibliotheca græca appellatio / latine librorum repositoriū, siue libraria dici potest. Gellius. Forte in libraria ego / & L. Paulus poeta uir memoria nostra doctissimus cōfederamus: fuerunt in urbe bibliothecæ numero. xxviii. Ex his præcipue Palatina, & Vlpia. Primus omniū Pisistratus tyrānus disciplinarum liberalius libros Athenis publice legendos posuit. Rome uero Asinii Pollionis inuētum, qui primus bibliothecam dicando ingenia hominum reip. fecit, ubi statuam Varronis adhuc uiuentis erectam scribit Plinius, fuit & bibliotheca ab Augusto in Palatio condita, græcis latinisq; uoluminibus insignis; fuit & bibliotheca maiorum cura seruata in Capitolio, quæ una cum Capitolio arsit; fuit & bibliotheca Pauli iuxta forum. Marcelli iuxta theatrum ipsius / ab octauia matre / post mortē filii cedita

Fuit & Traiani satis pulchra/cognomēto Vlpia/de qua Vopiscus/in  
biblioteca inquit ulpia Elephantini pugillares in sexto armario si-  
ti. Fuit & Numeriani Imp. a senatu in honore eius structa. Vna Ale-  
xandriæ in egypto memoranda. lxx. uoluminum millia. Protomeis  
regibus uigiliis intentis/composito bello alexandrino, dum diripi-  
tur Ciuitas a dictatore Casare conflagrassæ dicitur. Bibliothecæ (ut  
tradit Vitruvius) ad orientem spectare debent, usus enim librorum  
matutinum expostulat lumen. Extat hodie quæ patet omnibus Ro-  
mæ in uaticano bibliotheca a Nicolao. v. uel cœpta, uel aucta. Qui p-  
quisito toto orbe/uetustissimos codices/missis/qui eos perquirerent,  
adiuuenit: ac multi, qui antea non erant, reperti sunt, eaq; omni ge-  
nere librorum adornauit. Nam Poggius Florentinus Quintilianū/  
& pedianū Asconium tunc repperit, Enoch Asculanus, M. Cœlium  
Apicium, & Pomponium porphytionem in opera Horatii, præterea  
ex Hispania Silii italicī codex cum imagine Hānibal delatus, qui  
nunc est; in bibliotheca naticana. Post al. iquot annos a Sixto. iiiii. in-  
staurata græcis latinisq; uoluminibus exornata est. Sunt & alia Rō-  
mæ bibliothecæ. Verum hac multo inferiores.

Bibliotheca  
Vlpia.

#### De prima imprimendorū librorū officina.

Inuentaq; memoria nostra/noua/admirabilisq; librorum imprimē-  
dorum ars/prodigiosis hominum ingenii excitata/auctores duo ex  
Germania fratres /Impressoresq; primi Corradus/& Arnoldus Rō-  
mæ cœperunt in ædibus Petri de maximis patriciis ro. M. ccclv. Pri-  
miq; omniū Augustinus de Ciuitate dei: & Lactantius prodiere. Vn-  
de hodie ubiq; gentiū ex omni lingua impressi characteres gratissi-  
mo compendio apparent.

#### De Vestibulis, & atriis antiquæ Vrbis.

**V**estibulum a uestiendo/q; domos uestiat. i. muniat/siue ornet ap-  
pellatum/est enim spatium ante ædes/ac locus ante Ianuam domus  
vacuus/per quæ a/uia ad ædes itur. Nam clari, ac potentes uiri apud  
priscos amplissimas domos extruentes/ ante illas spatia relinque-  
bant/ubi qni salutandi gratia uenerant/anteq; in ædes admitteretur/  
colisterent. Ouidius uero a Vesta dea dictum asserit libro. vi. fastog;  
ita scribens. Hinc quoq; uestibulum dici reor, unde precamnr, Quā  
famur uestam, quæ loca prima tenet. Nam imprimis ingressibus/&  
(spatiis domorū hoc est aræ/& soci uesta dea haberij solebat, erat em-

## ANTIQVITATVM

Vestibulū  
domus au-  
reæ Neronis

locus uestæ dicatus; Ideo puellæ cum nubunt/non tangunt pede ue-  
stibulum/ne numini dicatum locū calcantes sacrilegium cōmitant-  
Lucanus. Tranflataq; uerat contingere limina planta, fuerunt olim  
uestibula sine numero, sed illud præcipuum domus aureæ Neronis.  
Consistebant præterea in uestibulis miseri, & mendici / sicut nunc  
in uestibulis sacrarum ædium, & diuitum domorum. Vnde Virgi-  
lius inferorum uestibulum finxit libro. vi. geneidos cum inquit.  
Vestibulum ante ipsum/ primisq; in fauibus orci  
Luctus, & ultrices posuere cubilia curæ; & que sequntur.

Atria.

**C**atrium prima pars domus, que continent medianam aream/ inquam  
collecta/ex omni parte pluia descedit/ ubi& prisci/ aperto ostio epu-  
labantur, ab Atriensibus Etruriæ populis dictum/ ut scribit Varro  
Vitruvius ita scribit. In urbe Atria proxima ianuis esse debet. Atria  
Romæ satis multa, Sed præcipua Atrium Mineruæ in foro; & Atrium  
libertatis in Auentino.

De canere tulliano.

**C**arcer/ ut scribit. M. Varro/ dictus est/ quia quos includit/ coeret  
uel q; inclusi/ inde exire prohibetur. Extatq; hodie Romæ uetusissi-  
mus Carcer ad radices tarpei móitis/ & fuit illa pars/ quā erexit Tull-  
lus & appellauit tullianū, Carcer autem ædificatus ab Anco Martio  
deletus est. Liuius; fecit inquit Carcerem media urbe imiuentem fo-  
ro ad terrorem increscētis audacicæ, remanet tantū ea pars/ que fuit  
addita a Seruio & appellauit Tullianū. Sallustius. Est locus in Car-  
cere/ quod Tullium appellatur; ubi paulum descendenter depresso  
ad leuā circiter. xx. pedes/ Eum muniūt undiq; parietes/ atq; insuper  
camera lapideis fornicibus uincta, sed inculta tenebris/ & odore fœ-  
do, atq; terribilis eius facies/ est em̄ Duplex superior; & inferior sicut  
etiam hodie apparet. Liuius sic ait/ Pleminius/ qui multa in deos/ ho-  
minesq; scelera cōmiserat/ ad inferiorem demissus. Carcer; est/ ibi q;  
necatus, Calpulmus Flaccus/ uideo inquit carcerem publicum saxis  
ingentibus structum/ angustis foraminibus/ & oblōgis lucis umbrā  
recipientibus/ in hunc abiecti Rei robur tullianū aspiciunt, & quo-  
ties iacentes ferrati postis stridor excitat/ examinantur, & alienū sup-  
plicium spectando/ suū discunt: Sonant uerbera intus, recusantibus  
spurca manus Carnificis ingerit. Sedet ianitor inexorabilis pectoris,

qui flēte matre/siccos tēnet oculos; Illuuies corpus exasperat,mānus  
cathenę premunt; dictus est etiam Carcer Mamentinus a Mamenti-  
no urbis præfecto/postea uero Carcer S.Petri.Cui templum conse-  
cratum a Siluestro Papa rogatu Cōstantini magni, ubi dies cal.Au-  
gusti sub honore uinculorū Petri célébrabatur; anteq Eudoxia uxor  
Arcadii Imp.templum sub titulo uinculorum Petri in exquiliis ex-  
citaret/ut tradit diuus Hieronymus.In hoc pars / quæ Tullianum  
dicitur/ideo additum a Tullo rege/q Syracusis simili de causa saxa  
excisa conseruantur/uocantur lathomie/a lathomia translatū q hic  
quoq lapidicinę fuerunt/ut scribit Varro . Liuius tradit.in latho-  
miis Catonem censorium Atria duo fecisse/Titium,& martiū, Triū  
uiriq carceris lathomiarum intentiorē custodiam habere iussi,& Sa-  
binium in lathomiis fuisse dānatum scribit Seneca.Quam horridus  
lathomiarum locus fuerit,in.vii.actionē contrā uerrē Cicero docet.

Marforius.

Ante Tullianum carcerem recumbit hodie ingens/marmoreūq  
Simulacrum cognomento Marfori, Quem pistorum deum siue Io-  
uem panarium appellant q turnores instar panū circū promineat:  
in eorum memoriam/quos custodes Capitolinæ arcis sonnio admo-  
niti/in Gallorū castra deiecerunt, ut tradūt Liuius,& Ouidius, Ve-  
rum illud non Louis pistoris, Sed dei flu. Simulacrū in scopulo col-  
locatum exargumēto crediderim: quoniam haud absimile est illis/  
que hodie sunt in capitulo pro ædibus Cōseruatorz/quod corrupto  
uocabulo Marforius dicitur/conuersione prioris litteræ/n/in/m/  
Nam(ut mea fert opinio) Narfluuius/siue Narfori nūcupandus ui-  
detur.Est autē nar fluuius haud longe aburbe/qui per scopulos pre-  
ceps in tiberim labitur/cuius aqua plurimum;tiberis augescit;& na-  
uigabilis redditur;de quo Virgilius . Sulphurea nar annis aqua.  
Similis figura apparet in nomismatibus Traiani Imp.extat & hu-  
iusmodi parua Simulacra i pxirno arcu Septimij/& arcu Cōstātini.  
Sed unū ualde simile sine capite/etia in scopulo collocatū/ante ædes  
nūc nobilis familię, ro.de. S.cruce;dictusq; hodie unlgo Marforius/  
siue mars fori deus/nō q Martis sit illud Simulacrū/led q i foro Au-  
gusti/ubi erat templum Martis sit collocatū/qd fuisse credit pximū  
templū.S.Martinę nominis similitudie nūcupatū, Argumēto ēt q  
multa i eo tēplo marmorea/triūphaliaq; ornam̄ta uisint yñ nuperri  
P

Carcet Ma-  
mentinus.  
Carcer S.pe-  
tri.

Lathomie

Atria Titia  
Atria mar-  
tium.

Nar fluuius  
siue nar fori

Templū S.  
Martinæ.

## ANTIQUITATVM

me sublata quedā/que nūc sunt i capitulo collocata. Extat i eo tēplo  
marmore incisa i scriptio Honorii/ & Theodosii iunoris uidelicet  
DD.NN.HONORIO ET THEODOSIO INNICTISSI-  
MIS PRINCIPIBVS SECRETARIII AMPLISSIMI SE-  
NATVS QVOD VIR ILLVSTRIS. FLAVIVS ANNI-  
VS EVCHARIVS EPIPHANIVS VCPRAEF. VRB. VI-  
CE SACRA IVD. REPARAVIT ET PRISTINAM FA-  
CIEM REDVXIT.

### De Carcere siue domicilio plæbis ro.

Cum iam Roma multitudine mortaliū aucta foret/ & in dies ma-  
gis/magisq; scelera multiplicaretur nō sufficiente uno carcere, Crea-  
tis deinde xuris exstructus est alter, & appellatus carcer/siue domi-  
ciliū plebis ro. inter Capitoliū/& tiberim, ubi nunc est ecclesia. S.  
Nicolai in carcere plebis nō Tulliano/ut imperitum uulgas credit/  
quem Claudius Xuir extruxit/ & appellauit domicilium plebis, in  
quo primus ipse iudicii reus periit, cum uirginiz uirginii centurio  
nis filiæ uim inferret/conatus eam in seruitutem redigere/ Icilio tri-  
bunitio uiro/expertæ uirtutis desponsatam/re itaq; cognita/pater ex  
algido monte(ut scribit Liuius)Romam uenit / ultimo colloquio  
eius impetrata/pro Cluacina/ad tabernas quibus nunc nouis est no-  
men/cum eam in secretum abduxisset/occidit, & corpus eius hume-  
ro gerens/ad exercitum /profugit, & milites ad vindicandum faci-  
nus accedit, pudicæq; interemptæ / q; corruptæ pater esse maluit,  
ne probro domus sua contaminaretur, proprio sanguini non peper-  
cit. Qui creatis xtribunis Auentinum occupauere / & Xuiros ma-  
gistratu abire precepierunt/Eosq; omnes aut morte/aut exilio punie-  
runt,Claudius in carcere necatur/unde finis Xuitatus secutus est.

### De Monte Testaceo & eius aggeratione.

Inter Auentinum mótem/tiberimq; & mēnia urbis iuxta portam  
nunc. S.Pauli assurgit in media planirie mons testaceus a testis/ac  
fragmentis fictiliū ita nuncupatus. Nam in eo ambitu apud  
ueteres figlinæ consistebant. Vnde septimum Collegium figulo-  
rum Numa rege institutū. Erat enim apud antiquos ea ars in magno  
precio, Et que postea ex auro / argento / aliaue materia facta sunt ex

Carcer ple-  
bis nō Tulli-  
anus.

Cluacina.

Vii. Colle-  
gium figulo-  
rum.

fictilibus omnia antea cōficiebantur; ut scribit plinius cum inquit.  
 Quę rota fiunt/& fictilibus doliis adl uina excogitatis / & ad aqnas/  
 propter quæ Numa Rex Septimum Collegium figulorū instituit.  
 Quin & defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluerunt; ma-  
 iorq; pars hominum terrenis utitur uasis. Vnde(ut uidemus)maxi-  
 mus apud maiores fictilium usus, acdeouit deorum Simulacra & té-  
 plorum ornamenta ex fictilibus conſicerentur. Propertius : fictili-  
 bus creuere deis hæc aurea templa. Wnde etiam Turianum accitum  
 e fregellis, cui locauerat Tarquinius Priscus Iouis effigiem in Capi-  
 tolio dedicandam/fictilem fuisse eam. Ouidius libro primo fastorū  
 Inq; Iouis dextra fictile fulmē erat; & Iuuenal is fictilis & nullo ui-  
 latus Iuppiter auro,figlinas primuss inuenit Corebus Atheniensis.  
 Quem montem imperitum uulgs iputat creuisse ex fictilibus uasis  
 quibus romano fisco persoluenda ollim romam deferebantur / quod  
 ridiculum est: cum in Crumenis peccunia condī consueuerit/que de  
 loco ad locum defertur; ut legitur dee Catone/qui cum thesauros pto  
 lomei Regis cypri Romā per mare: delaturus esset/eos supernatāti  
 subere funibus adnexis/quibus crumenæ ligatae erāt/Asportasse di-  
 citur: ut si naufragium faceret/ eo modo fluctuantes incolumes repe-  
 riri possent. Est autem is mōs ex diuersorum fictilium testis(ut ma-  
 nifeste apparet)aggeratus/& casu piroiectorum fictilium multitudi-  
 ne extructus.

Hippodromus.

Inter testaceum nunc montem & auientinum est Stadium/ubi me-  
 moria nřa postrēo Carnis priui dñicco die desulterii currūt equi/post  
 hippodromum Tauri leuiter ad currus ligati e uertice montis præ-  
 cipites demittuntur/spectante undiq; magna mortalium multitudi-  
 ne;sicut olim in Circo flaminio ludii taurii circa finem mēsis Februa-  
 rii diis manibus celebrabātur a Tarquinio prisco primo istituti ob  
 pestilentiam/que ingrauidas mulierres inciderat / propter taurinas  
 carnes/que diu populo uendite erant/auctor festus. **C**In hoc ambi-  
 tu fuisse olim Armilistrū quidam afferunt/ubi apud ueteres Iustra-  
 batur exercitus,sicut Tubilistrum, q; ea die in atrio sutorio tubę lu-  
 strabantur; ut in templo Iouis uescii uescendi Ius/His qui in sacris  
 precinerent.

Ludi Taurii

Armilistrū  
Tubilistrū.

Templū Io-  
uis uesci.

# ANTIQUITATVM

## DE NAVALIBVS VRBIS.

Extant in proximo tyberino alueo ueterū/nouorūq; naualium uestigia/ quem locum hodie ripam appellant sub ponte nūc marmorato ubi naues Onerariæ maritimorum comeatuū ex toto orbe/funibus/ ab Elcyariis nūc/olim ab equis tractæ/stabul' antur. Fuerūt olim cōtra naualia ut tradit Liuius/prata mutia /& prata Quintia/ut supra/ dictum est/& iuxta ripam tyberis nunc maritimorum comeatuū cōditoria/quibus uulgo Nagazeis nomen est, qui locus olim sub Auentino;ubi Horrea /& Salinæ erant. Est autem nauale proprie locus/ ubi naues portubus inclusæ/aut ripis religatæ manent/aut fabri- cantur:legebatur nuper in ripa tiberis sub Auētino breuis inscriptio marmore incisa uidelicet. **QVICQVID VSVARIVM INVEHIT VRANSARIVM NON DEBET.**

### De CX L. horreis populi Ro.

Fuerunt etiam sub Auentino inter ripam tiberis/& testaceum mon- tem disposita centū quadraginta horrea populi Ro. & erant/amplas/ & oblonga/ut eorum ruinæ adhuc ostendunt in proxia nunc uinea Ill.D.Io.Georgii Cæsarini/& in pximis locis/ub hoc anno in uinea Marcelli de Capozucchis patricii ro. effosum est marmor cū inscri- ptione ab uno latere.

**T**NVM. DOM. AVG. SACRVM GENIO CONSERVA- TORI HORREORVM GALBIANORVM. M. LORI- NVS FORTVNATVS MAGISTER. S.P.DD. ab altero late re. NVM. DOM. AVG. SACRVM FORTVNAE CONSER- VATRICI HORREOR. GALBIANORVM. M. LORI- NVS. FORTVNATVS MAGISTER. S.P.DD.

### De Salinis.

Proximæ huic loco ad radices Auentini inter montem & tiberim erant Salinæ ubi ptiscis temporibus seruabatur Sal/sicut nunc in Capitolio:extant ibiadhuc Cauernæ ad id manufactæ Salinas pri- mus instituit Ancus Martius. Salis uero uectigal Liuius Salinator/ unde cognoméatum sortitus est. Cōficitur enim Sal ex marina aqua/ inuenitur & fossilius diuersis in locis sicut harena.

Prata mutia  
Prata quin-  
tia.

Ancus mar-  
tius Liuius  
Salinator.

**A**ndreas Fuluii de antiquitatibus urbis ad Clementem. vii.  
LIBER QUINTVS.

**B**on poterant loca sacra urbis oia propter infinitum numerum uno capite (sicut pleraque alia) coartari. Sed sicut se se describenda obtulerunt ita notare placuit. Differunt autem inter se aedes deorum sacræ dicitur enim basilica Pauli. Templo pluto Iani; Delubro Louis tarpei. fanu Quirini. Sacellu Volupiae. Aedes Apollinis. Ara Cōsi. Cella Cōcordie. Aedicula Victoriae. Sed aedicula parua est, ubi deorum Simulacra seruantur. Plinius de Venere Gnydia aedicula eius inquit tota aperitur ut conspici possit undique effigies deorum. Basilica græce latine regis domus appellatur. Basilicarum loca inquit Vitruvius adiuncta foris quod calidissimis partibus oportet construiri, ut per hyemem sine molestia tempestatum se conferre in eas negotiatores possint et merces exponere. Earumque altitudines ne minus quam tertia parte ne plus ex dimidia longitudines constructur. Qui se fatetur basilicæ Iuliæ facienda præfuisse. Cuius portiones et Symmetrias memorat. Quae fuit ad lacum Seruiliu in principio uici tusci. ubi effigies Hydræ posita a M. Agrippa. basilicæ loca iudiciis. Consiliis. negotiatiisibusque frequetia. Cecilius in epistolis. Centum uiralia iudicia in basilica fieri solita. Id est in eo deinde descendebat in basilicâ iuliâ auditurus quid respondere debebat. Iure consulti basilicâ publicis usibus accommodata esse ostenduntur. Apud ecclesiasticos basilicæ dicuntur tempora numinibus dicatae sunt. runt autem basilicæ apud ueteres precipue decem: uidelicet Iulia. Vlpia. Pauli. Neptunii. Macidii. Marciani. Vescellaria. portia. Constantinia. na Focelli. Siccini. Quae ferme omnes a nominibus conditorum nuncupatae sunt. Basilica Pauli in foro, cum phrygiis columnis: cuius meminit Cicero in epistolis ad Atticum, et plutarchus in Cœsare cum inquit Aemiliu colle gat. C. Marcelli in consulatu mille et quingentis talibus sibi amicis, defensoribus comparauit. Ex hac pecunia basilicâ in foro nobilissimam extraxit. Quam Plinius inter magnifica urbis aedificia commemorat. Papinius in siluis, illuc belligeri sublimis regia pauli; basilicâ portiam magnus Cato in censura edidit ex ære publico uicinam foro sub Curia ab se aedificata, portiam uocauit, nam is primus omnium basilicam de suo nomine fecit: in qua Tribuni plebis ius dicere consueuerant. fuit et in foro Ro. Basilica Argentaria. Et una sine cognomento basilica dicta, sub cuius angulo ut tradit pedianus Asconius fuit signum Vertuni.

Basilicæ autem  
pud ueteres  
Iulia. Vlpia  
Pauli. neptunii.  
Macidii.  
Marciani.  
Vescellaria  
portia. Con  
stantiniana.  
Focelli. Si  
cinni.

Basilica una  
sine cognome  
nto.

# A N T I Q V I T A T V M

Vertunus  
deus.

Colūna  
mænia.

Meniana  
Submenia  
num.

Basilica opimia & macidii  
līi: & fuluia  
Basilica emi

Basilica alexandrina.  
Septa agripina  
Basilica constantiniana.

Tēplū louis  
altitonatis

Quō tēplū  
edificandū ē  
cū uno adi-  
cu.

in ultimo uicorurario/qui & iugarius dictus est. Fuit autem Vertūnus deus inuertendarum rerum,i.mercaturæ:ubi Colūna mænia ad quam fures/& serui nequā apud triūiros captales puniri solebāt, Nam cum Menius domum suam uenderet/ut ibi basilica ædificare tur,excep̄erat ius sibi unius Colūnæ,super quam tectum proiiccretur, prouolutantibus tabulis,ut inde ipse/& posteri eius spectare munus gladiatorium possent,quod & tum in foro dabatur/a quo etiam meniana dicta prominentia in ædibus ædificia. Suet. Pauci inquit ex proximis mænianis spectabant/Et ab eode; Menio Submenianum locum in urbe dictum putant,ubi meretrices prostabāt; Vnde Mar tialis Submenianas cœnet inter uxores: fuit præterea basilica Opimia iuxta Senatulum aureū,& ædem Concordię:fuit & basilica Macidii iuxta circum fl.suit & basilica æmilia /& fuluia teste Varrone cum inquit Meridies/ab eo q̄ medius dies/d/antiqui nō/r/in hoc loco dicebant/ut prænestē incisum in Solario quod Cornelius in basilica æmilia /& fuluia in umbrauit. Instituerat Alexander seuerus basilicam Alexandrinam inter campum Martium /& Septa Agrippina latitudine pedum centum, longitudine pedū mille/ut tota Colūnis penderet,quā morte præuentus perficere non potuit.auctor Lampridius:fuit præterea basilica constantiniana iuxta templum pacis,& forum,quam ante Lateranensem cōdidit.Qui postea suadente Silvestro Papa Primo/eam /& plerasq; alias intra /& extra urbem extraxit/de quibus iam suis locis diximus.

*De templis & eorum coditoribꝫ.*

**C**Templū proprie est locus/in celo notatus ab augure. Ennius, Cō tremuit templum magni Louis altitonatis:uel templū in terra a tuedo/q̄ ex omni parte aspici posset. M. Varro ita inquit/Omne templū debet esse continuo septum,nec plusquā unum introitum habere, Eius partes quatuor/Antica/ad meridiē, postica ad Septentrionem. Sinistra ab oriente,dextra ab occidente. Templa non solum loca sacra/sed etiam Curiae dicta,ut Curia hostilia,quāvis sacra non esset: Cicero,ii.de legibus/patrum delubra inquit in urbibus esse censeo/ nec sequar Magos Persarum/quibus auctoriibus Xerxes inflammeſſe tēpla græciæ traditū, q̄ parietibus includerēt, quibus oia debet esse patiētia /& libera, Quorū hic mūdus templū est /& domus.Diogenis opinio mūdū dei sanū sanctissimū existimauit.Melius Græci ac no-

strī qui ut augerent pietatem / in dies, Easdem / illos urbes / quas nos  
incolere uoluerunt. Quorum maximā, ac superfluam curā Romani  
suscepērunt: qui non solum Sideribus, sed omnibus hominū passio-  
nibus loca sacra / & sacella excitabant / ut tradit Pedianus Alconius.  
Tēpla per totā urbē / tā patriis / q̄ peregrinis numinibus ad oēs huma-  
nos affectus dedicata satis cōstat. M. Varro scribit Deos supra. xxx.  
millia fuisse, quorum selecti, & in frequentiori cultu. Janus, Iuppi-  
ter, Saturnus, Mars, Apollo, Genius, Vulcanus, Sol, Neptūnus, Li-  
ber, Orcus, Iuno, Tellus, Ceres, Diana, Venus, & Vesta. Geniales  
Dii, Aqua, Terra, Ignis, Aer, His addunt Solem, & Lunam, ex qui-  
bus omnia gignuntur, Genius deorum filius, & parens hominū ha-  
betur. Alios deos colebant / ut prodissent / Alios / ne nocerent, & mala  
sua pro diis etiam habebant / ac p̄ sancte colebant, quos Cane, & oue  
placabant / ut Auerūcum / & Rubiginē, & Febrē. Timorē uero / & Pal-  
lorem Tullus hostilius figurauit / & coluit. Eadem uanitate Mentē  
quoq; inter deos collocauit Senatus. Quædam etiā turpissima numi-  
na coluerunt / ut Stercutiū, & Priapum. Quosdā uero deos / nec cœlo  
dignos / nec terris putauerunt ascribi / ut Priapū / Hippona, & Vertū  
num. Auctores. M. Varro / & fulgentius. Quosdā etiā adeo supersti-  
tiose colebāt / ut in eorum Sacellis spuere religio esset. Verum uullū  
firmius / & incorruptius templū / q̄ pectus humanum inquit Lactā-  
tius. Templorum autem loca optime designat Vitruvius / cum ait  
ædes sacras ad Symetriam / & proportionem humani corporis be-  
ne formati condi debere: Aedibus deorum sacrī / quibus in tutela Ci-  
uitas esse uidetur, Ioui, Iunoni, & Minervæ / in altissimo loco mœ-  
nium / unde maxima pars conspiciatur Curē distribuuntur. Merku-  
rio in foro, Isidi, & Serapidi in Emporio. Apollini, & libero patri se-  
cundum Theatrum. Herculi ad Circum. Marti extra urbem / ad cā-  
pum. Veneri / ad portum. Vulcano / & Martifana extra murū / ut nō  
assuescat in urbe Venerea libido / Incendiū absit / & armigera dissen-  
tio. Cæterisq; Diis ad sacrificiorum rationes aptæ templis aræ distri-  
buendæ. Si circum vias publicas erunt ædificia deorum / ita consti-  
tuantur, ut prætereuntes possint aspicere, & in conspectu Salutatio-  
nes facere: Sed uitutes, nō uitia cōsecrari admonet Cicero.

De templo Romuli iuxta viam sacram / & forū.

¶ Ante omnia placet templum Romuli cōditoris urbis describete,

Deos supra  
xxx.mil . fu-  
isse scribit.  
M. Varro.  
Geniales dīi

Genius fili-  
us deorum.

Auerūcus  
Rnbigo  
Febris  
Timor  
Pallor  
Mens  
Stercutius  
Priapus.  
Hippo Ver-  
tunnus.  
ædiū sacras  
rum forma.  
ædes sacre  
quibus ciui-  
tas in tutela  
est q̄o loca-  
ri debent.

## A N T I Q V I T A T V M

Tēplū Cos-  
mæ & dami-  
ani martyru-

Iuxta uiam sacram , & forū, Quod templū nunc sub titulo. S. Mar-  
tyrum Cosmæ & Damiani colitur/ Quibus felix. iiii. dedicauit / ut  
in templi abside ex uermiculato opere apparet. Extant adhuc quæ-  
dam ex priscis ornamentis uestigia/marmoreæ incrustationes / qui-  
bus totum antea incrustatum erat ; & in primo aditu spærica spe-  
cies/cum foramine lucis causa/sicut in pantheo. Est enim templum  
uetustissimū, ut eius structura/& fornites ostendunt/ubi breuis por-  
ticus, & æreæ portæ/quæ antea/signis & æreis ornamenti erant cō-  
spicue,

### De templo pacis/& eius ornamenti.

Post hunc locum statim occurruit ruinæ templi Pacis, quod mira ce-  
leritate Vespasianus Imp, Post bella ciuilia extruxit; a Claudio ante  
inchoatum/Suetonius fecit inquit & noua opera / templum pacis  
foro proximum/suit autem hoc templum omnium maximū/ut eius  
amplitudo adhuc apparet longitudine/& latitudine quadratæ for-  
mæ:ut etiam in eius principis nomismatibus uidere licet. In quo ua-  
sa & ornamēta; Tēpli Hierosolymitani/in triūpho Titi adiecta re-  
posuit;& uniuersa donaria in eo consecrauit/ut diuus Hieronymus  
tradit. Quorum simulacra adhuc extat marmore incisa in proximo  
Titi arcu/Quæ Alaricus senior cum Rōmā cœpisset e templo abstu-  
lit. In his ferunt Salomonis fuisse preciosissimam supellectilem in  
gentis precii/gēmis ornatam. Templum pacis inquit Herodianus/  
& Eutropius totum de improviso/atq; quasi divinitus exorto igne  
exarsit/ & incendio quod unum opus cūctorum tota urbe maximū  
fuit:atq; pulcherrimum, Idem templorum omnium opulētissimū/  
egregieq; munitum/multoq; ornatum auro/& argento, Quippe uni-  
uersi ferme suas illuc diuitias/quasi in thesauros congregabant. Cō-  
flagravit & uestæ templum/sic ut palladium quoq; conspiceretur,  
quod in primis colū:atq; iu arcanō habent Romani, Troia(ut per-  
hibent) duectum/ac tum primum postq; in Italiam uenit conspe-  
ctum ab hominibus. Quippe raptum uestales uirgines media sacra  
uia in Aulam Imperatoris transtulerunt:suit & tēplum pacis/quar-  
ta regio a ntiquę urbis ut supra dictum est. Aram uero pacis primus  
fecit Augustus/quam postea auxit Agrippa/de qua Ouidius in fa-  
stis. Ipsuī nos carmen deduxit pacis ad arā / Hæc erit a mēsis fine  
secunda dies;explodēda est uana illa opinio imperitæ multitudinis/

Tēplū pacis  
diuinitus ex-  
orto igne  
exarsit.

Arā pacis  
fecit Augu-  
stus quā po-  
stea auxit  
Agrippa.

que de templo pacis circunfertur singulis annis/nocte Natalis domini diuinitus particulam aliquam, uel fragmentum ruere/& qua nocte natus est maximam tuuisse partem/quod absurdissimum satis esse constat,cum templum ipsum pacis annis prope.lxxx.post natam Christi ab Vespasiano Imp.conditum fuerit.Si de ara pacis ab Augusto condita uelis intelligere/nec ipsa nunc/nec locus quidem ubi ea fuerit hodie reperitur.

## De diuersis Concordiæ templis.

Concordiæ tēpla multi apud ueteres diuersis in locis extruxere.Camillus uouit ædem Concordiæ/si plebem patribus recōciliasset,& in foro(ut plutarchus tradit)excitauit:inter Capitolium/& forum/ut Varro asserit.Ouidius libro primo fastorū.Candida te niueo posuit lux proxima templo,Qua fert sublimes alta moneta gradus,Furius antiquam populi superator Ethrusci,Vouerat/& uoti soluerat ille si dē,Causa/q; a patribus umptis se cesserat armis Vulgus &/i;pe suas roma timebat opes.Cuius ædis adhuc extat porticus octo colūnarū,unde centum gradibus ascendebatur ad templū mc neiæ/quod erat in arce capitolina/ut supra sauis dictum est.Postea fulvius libertini filius ædem Concordiæ uouit/si reconciliasset ordinem Senatorū & equestrem/dedicauitq; in area vulcani / summa nobilium inuidia ex multatititia pecunia fñeratoribus cōdenatis,Auctores Liuius/& Plinius,Sequenti uero tēpore construxit/uel instaurauit Opimius Consul post gracchum/fuluiūq; trucidatos/summo populi dolore& Vnde noctu Quidam scripsere ipsi templo uersum/Odus Vecordiæ templum concordiæ fecit.Sunt qui tradant etiam Manliū pr̄torem uouisse in gallia concordiæ templum iussu Senatorum/ut meminit Appianus.cum inquit,Senatus cōcordiæ templum erexit Liuia ob uiri cum ea concordiā,quod Tiberius dedicauit.Ouidius in fastis,Hanc tua constituit genitrix,& rebus/& ara,Templaq; fecisti/quæ colis/ipsa deę.In quo templo tradunt Sardonicem gemmā aureo cornu inclusam Augustæ dono/quam gemmā fuisse(ut scribit Plinius)Polycratis satmii tyrāni,cuius annuli fortunæ experimēto in mari demerso/captus piscis reddidit,fuit autem templum hoc cōcordiæ in porticu ipsius liuię:ut scribit Ouidius in fastis.Tē quoq; magnifica concordia dedicat æde,Liuia/quam caro pr̄sttit illa uiro,Dilice tamen ueniens ætas ubi liuia nunc est porticus/immenſa

# A N T I Q V I T A T V M

Porticus  
Claudia  
Area cōcor-  
diæ.

Templū S.  
mariae noue-  
iuxta uia sa-  
cra.

Tēplū Isidis  
& Serapidis  
in Emperio

Sūma sacra  
via ubi?

Emporium  
quid?

Areaedium  
Castri.

recta fuisse domus. Hæc etiam claudia porticus dicta est, sed ædificante Nerone euersa fuit/restituta postea sub nomine prisco a Domitiano. Martialis. Claudia diffusas/ubi porticus explicat umbras, VI tima pars aulæ deficiētis erat, fuit præterea Area Concordiæ/ubi sanguinem pluissè creditum est.

De Templo Isidis & Serapidis in Emporio.

Crediderunt Quidam ac litteris māndauerunt Templū cōcordiæ quod modo descripsimus in porticu liuię; fuisse olim unum ex illis duobus conuictis. Quorū uestigia adhuc apparent in proximis horis. S. Marię nouę (quā Leo. iiii. extruxit Nicolaus primus instaurauit prius antiqua nunc noua uulgo appellatur/non q̄ sit in uia noua ut quidā putauerunt;cū sit iuxta uiam sacram) inter hanc ædem & Colosseum adhuc surgunt duo eiusdem formæ & magnitudinis templa sine tecto capitibus tantum sibi coherentia/congredientium more arietum/Quorum alterum Concordiæ, alterum Aesculapii tēplū fuisse tradiderunt. Ego uero haud debili ductus Argumento Isidis ac Serapidis templa esse crediderim. Ex. P. Victore/qui scribit Tertiam urbis prisce regione; fuisse Isidis/ & Serapidis/inqua / ea templa erecta sunt. Quin etiam Vitruvius templa diis inquit sic distribuēda. Mercurio in foro Isidi & Serapidi in Emporio; Quod ibi fuit Emporium affirmat. M. Varro de re rustica/huiusc inquam pomarii summa sacra uia. Item Quidius de arte / Rure suburbanō poteris tibi dicere missa, Illa uel in sacra sint licet ampta uia. Erat autē summa sacra uia/ubi nunc est arcus Titi/Emporiū/ubi nunc est Cenobium & horti. S. Marię nouę. Est autem Emporium locus mercatus/& Nundianarum, ubi res uenales exponuntur.

De templo Telluris.

Templum Telluris in regione. iiii. antiquæ urbis fuisse scribit. P. Viator Palatio proprius/q̄ exequiliis. Aedem Telluris a Sempronio uotā scribit florus/cum inquit, Domiti hinc picentes, Sed gentis Asculū/ Sempronio duce, Qui tremente campo/ Tellurem deā promissa æde placauit; ædem Telluris a Senatu/populoq; ro, factam scribit Val. Max. in area ædiū Castri regnum affectantis, ut infra dicetur/inqua æde Patres frequenti Senatu de rebus arduis consultare cōsueuerat/ quia erat tanq̄ Curia. Cicero in Philippicis: Ea die inquit/cū in ædē Telluris conuocati sumus/Antonius/ut scribit Appianus sequenti

LIBER. V. Templū Telluris fol. LXXXVIII.

die in Telluris templo haud longe ab ipsius domo Senatum habi-  
turus/appropinquante die, Quidam in telluris templū conueniūt.  
M. Varro de re rustica libro primo Sementinis inquit feriis in ædē  
Telluris ueneram rogatus ab æditumo, offendī ibi. C. fundaniū so-  
cerum meum, C. Agrium Equitem ro. Socraticū & P. Agrasium pu-  
blicanum spectantes in pariete pictam Italiam. Quid hic inquam,  
nū feriæ sementinæ ociosos huc adduxere/ut patres & auos solebat  
nostros; ubi tādem disputatur de re rustica in actus distincta, quam  
ipse Varro Dialogi more absolvit. Cicero/multa me mouent inquit/  
& curationis meę, ubi Armamentarium Telluris, Putant enim nō  
nulli ad me p̄tinere Armamentariū Telluris aperire, q̄ is, qui illud  
sustulit mēā domum pontificū iudicio liberatam esse dicebat.

Area Cassii

Erat prēterea ante Telluris templū Area ex dirutis ædibus Cassii  
regnum affectantis/a patre q̄ necati, ex cuius peculio Cereri Signū  
factum/inscriptūq; ex familia Cassia datum/ut tradit Liuius, Val.  
max. ita scribit, In solo. S. P. Q. R. ædē Telluris fecit, Itaq; quod  
prius Domicilium potentissimi urbi fuerat, nunc religiosissimæ seue  
ritatis monumentum est.

Aequimelium.

Simile prope factum, SP. Melii, aquo æquimelium dictū prope  
busta gallica locus domus. SP. Melii equestris ordinis regnū affectā  
tis, Quod dānato, eius domus solo æquata, & illic area facta, consensu  
patrum, & populi, Vnde locus postea æquimeliū dictus est. M. Var-  
ro ait Aequimelium/q; æquata Melii domus publice, q; regnū affe-  
ctasset, is locus ad busta gallica, q; roma recuperata/Gallorum ossa  
ibi coaceruata fuerint. Area uero domus eius quo iustitia Supplicii  
notior ad posteros perueniret, æquimelii appellationem traxit. Cice-  
ro in oratione pro domo sua ad pontifices satis expresse hæc loca cū  
domo sua, & ædibus. M. Vacci in palatio/enarravit, ubi dicit Louis  
Statoris ædem fuisse in radice palatii, de qua satis superius dictū est.  
Cum inquit in oratione ad Quirites. Tęq; Iuppiter Stator, Quę ue-  
re huius Imperii statorem maiores nostri nominauerunt cuius in té-  
plo hostilem impetū Catilinæ repulī a muris/cuius templum a Ro-  
mulo/uictis Sabinis in Palatii radice cū uictoria collocatū est/oro/  
atq; obfficio fertē opem reip. Lilius æquimelium fuisse sub

Italia picta i  
pariete. Se-  
métineferie

Armētaris  
telluris.

Gallorum  
ossa.

ædes Louis  
Statoris i ra-  
dice palatii.

## A N T I Q V I T A T U M

capitolio tradit: cum inquit Substructionem super æquimelium min Capitolio Censores locauere. Idem in eodem fœdum incendium inter Salinas, & portam carmentalem/cum æquimelio/iugarioq; uico late uagatu/in tēplo fortunæ, & matris matutæ; & spei extra portam.

### De bustis gallicis.

**C**Inter hortos nunc. S. Mariæ nouæ, colosseum, & exquiliæ fuerūt olim busta gallica qui locus hodie ab imperito uulgo dicitur corrupto uocabulo portus gallus/extat rei testimonium Turris & ædis. S. Mariæ, &. S. Andreæ in portu gallo. Eruditiores autem busta gallica appellat, ita dicta q; illuc Galli Senones sepulti dicuntur. Qui Româ præter Capitolium diripuerunt/partim morbo, partim ferro interfici: Gés/ut scribit Liuius humori, & frigori assueta/langore, & morbo tanta uis hominum breui assumpta, ut humādi tedio plura corpora in unum coaceruata concremarent, Quæ res ad posteros nomine loco dedit, ut Gallorum sint busta nuncupata, atq; ipsa die media in urbe/quæ nūc busta gallorum sunt. Postera die citra Gabios Camillus superueniens Gallorum legiones cecidit. Is enim absens/& exul dictator creatus Gallos uictoria exultantes/collecta ex agris multitudine oppressit. Aurum/& ceteram prædā sustulit/miliario. viii. via labicana: quo se ex fuga contulerant auspicio Camilli uincūtur. Unde secundus post Romulum/urbis cōditor uocatus est. Senonas inquit Verrius quasi Cenonas q; noui uenerunt ex cisalpina gallia. Ce non enim nouū uocant. Galli. n. duce Brenno, Romam præter Capitolium capientes totam diripuerunt/& diruerunt, ferunt illam intra annum muris publicis fuisse renouatā, facta copia unicuiq; etiā in uiis publicis ædificandi: de bello autem Senonū satis multa Liuius. & plutarchus.

### De Carinis.

**C**Carinæ olim locus erat carinæ inuersæ instar in Exquiliis/incipiebant auita Tabernola/quæ erat olim in eoambitu/ubi nūc est ædis. S. Petri & Marcellini via labicana, & per supercilium proximi equilini mōtis/protendebatur usq; ad busta gallica, & inde usq; ad. ædē. S. Lucia in Silice: unde locus hodie uocat corrupto uocabulo. Cara. i. Carinæ sub quibus uiā quæ Subura est dicta q; sub muro terreο carinarum protendebatur ut supra dictum est. Varro tradit Carinas cum cœlio iunctas, fuit olim in Carinis Domus Pompei magni: &

S. Maria in  
portu gallo.  
Galli Seno-  
nes.

Brenus gal-  
lorū Dux.

LIBER. V. Domus aurea Neronis fol. XXXIX.

Iudic Pópei Lençei eius ipsius liberti; qui fuit omniū expeditionum ipsius comes, Quo defuncto schola se sustétauit; docuitq; in Carinis & Telluris æle; fuit præterea in Carinis auita Ciceronis domus, quā M. Cicero. Q. fratri dedit: ipseq; in pallatio móre habitauit/ut propin quior esset fôro. In Carinis etiā dicit̄ mutritus Cæs. Augustus. Inter Carinas & uicū cypriū fuit olim tigillū sororiū, ubi sub iugū missus fuit M. Horatius/ut sororis cede expiaretur. Quidā uero tradunt ex cōuentione Tulli hostilii & Metii Sustetii uocatū. Carinas inquit M. Varro/abeo. dictas/ p hinc oritur caput uia sacræ, alio nomine Cerionia uocata/Virg. Lautas appellat Carinas, cū inquit/passimq; armenta uidebat, Romanoq; fôro, & lautis mugire Carinis/lautas enim(ut creditur)dixit ppter elegatiā ædificior; fuit Quinimo i eo ambitu Regia Seruui Tullii & uicus sceleratus, ubi eius regis cedes cuius meminit Oui. in Fastis Ipse sub Exquiliis/ubi erat sua regia. cœsus; Occidit/ & dura sanguinolētus humo; ubi Dianū, Liuius Tū Tarquinius iquit mediū arripuit Seruum Tulliū elatū e/curia; in inferiorem partem per gradus deiecit/ cum iā semianimus regio comitatu in regiam se recipere, puenissetq; ad summū cyprium uicū ab his, qui missia Tarquinio fugientē consecutierant, interficitur. Cyprius uicus non a Cypro insula, Sed q; Sabini Cypron bonum uocant/ut scribit. M. Varro.

Regia Seruui Tulli.

De domo aurea Neronis

Nero principis/ut scribit Suetonius, domū a Palatio exquiliias usq; fecit instar magnæ urbis/ prædebatq; usq; ad Mæcenatis turri/ ut quidā tradunt. Ea incipiebat inter Cceliū & palatiū/ut scribit Tacitus. In qua qdē domo ædificāda multas diruit ædes. Martialis. Hic ubi miramur uelocia mūerathermas abstulerat miseris tecta supbus ager, & subdit Vnaq; iā tota stabat in urbe domus. Vrbis opus domus una fuit, spatiūq; tenebat. Quo breuius muris oppida multa tenent. Hæc æquata solo est; nullo sub nomine regni. Sed quia luxuria uisa nocere sua est. Vnde ex ea uastitate distich on emissum. Roma domus fiet, Veios migrate Quirites, Si non & ueios occupat ista domus. Quā primo trāsitoria m, mox incendio cōsumptam atq; deinde instauratam/auream nominauit, Non enim alia in re/q; in hac domo ædificanda dānosior fuit. Vestibulum eius erat, in quo

Trāsitoria  
domus au-  
rex ornamē  
ta.

Q

## ANTIQVITATVM

Colossus centū uiginti pedū staret. Ipsius aut̄ domus tāta laxitas/ut porticus triplices milliaras haberet. Itē stagnū maris instar/circū septū ædificiis ad urbiū speciem, Rura insuper arnis/atq; vineis, & pascuis, Siluisq; uaria cū multitudine ois generis pecudū, atq; ferarū,in ceteris partibus cuncta auro lita,distincta gēmis/unionūq; cōchis erāt. Cenationes laqueat& tabulis eburneis uersatilibus, ut flores fistulis,& unguentis desuper spargerētur. Pr̄cipua Cenationū rotunda, Quę pp̄petuis diebus/ac noctibus uice mūdi-circū ageretur. Balneę marinis albulis fluētes aquis. Eandē domū cū absolutā dedi dicaret/quasi hominē tandem habitare cōpislē ait. De qua Plinius In aureę domus inquit Neronis solariis aues ex argēto/mirabili opere sculptæ fuerunt. In eā domū Nero inclusit ædē fortunæ, quā Seiā appellauit a Seruio rege sacratā quę lapide Phengite translucente ædificata/soribus clausis claritatē diei intus haberet. Quę oīa postea a sequētibus Imperatoribus diruta sunt, & alia noua ædificia ædificata. Plinius scribit se bis uidisse urbem totā cingi duabus domibus duorū principū. C. Caliculae/& Neronis/hactenus de prisca Roma nunc aut̄ de Martio Campo dicendum est.

### De Campo Martio/& eius ornamentiſ.

Campi oīm in urbe pr̄cipui fuerūt, Martius, Exquelinus, Viminālis, Agrippæ, Codetanus, Bructanus, Lanatarius, Pecuarius, unus ultra tyberim extra numerū Vaticanus, qui & Neronianus dictus est. Sed omniū maximus/& pulcherrimus martius amplitudie edificiorū/& uiridariis satis cōspicuus; & a Marte cognominatus, q; ei deo a maioribus cōsecratus fuit. Liuius/ager inquit Tarquiniorū, qui inter urbē & tyberim iacet, nā cū ceteri campi regis Tarquinii, qui ob iustitiæ cōtemptū dictus est superbus/post eiusexiliū datus iis esset; q; agros nō haberēt/unus ager/q; erat inter urbē /& tiberim Marti fuit cōsecratus/Cāpus Martius dictus, locus Comitioꝝ habēdorū/& bellicę exercitatiōis Certamini electus, sed extra pomeriū, q; postea inclusus est mōenibus pp̄ter dissidia ciuilia,& exterorum hostiū incursiones, qui hāc planitiē aditu facilē semper diripiebāt. Nā tempore libertatis hāc planicies habebatur usq; ad pontē milium. Senatus se penumero cogitauit mōenia ducenda usq; ad pontes. Sed Haruspices uetuere, q; fas non esset habere Comitia in urbe, huius rei meminit. M. Tullius in Epistolis ad Atticum, Belisarius

Fortuna  
seia.

Campicelle  
bres urbis.

aut ambitu ad tiberim muro cōplexus omnē muniuit/ut tradit pro  
copius. De cāpo Martio satis multa Ouidius. Liuius, & Dionysius  
qui ita scribit Decretū cōsiliū/deinde bona omnia tyrānorū ferentes  
in publicū Ciuibus omnibus exposuerūt/ut quicūqz ex eis caperent  
quisquis obtineret/agrūqz omnē: quātū illi possederāt. His/qui nul  
lam haberēt sortē diuiserūt; Vnū tantū capiētes campū, qui inter ur  
bem/& tiberim iacet; quē sacrū esse Marti antea decreuerunt, & quis  
pratū, atqz iuuenibus ad bellicas exercitatiōes ludū oportunissimū.  
Hunc campū priusq Marti sacrū ascribēs sibi Tarquinius seuerat.  
Nā cū cētera tyrānorū bona populo auferēda cōcessissent, sed quod  
in cāpo illo natū erat frumentū/aliud in areis adhuc iacēs, aliud in  
culmis:& quod iā tritū erat auferre nemini permiserūt; sed ut execra  
bile, nec idoneū/qd in ædes portaret, iaciēdū furcis in flumē esse de  
creuerūt; unde iſula creuit tiberina/una cū romana libertate ibi orta

## INSVLA TIBERINA.

In mediis tiberinis fluctibus assurgit iſula tiberina, quē apud ue  
teres dicebatur iſula Louis lycaonia; quē ex materia deiecta ex agro  
Tarquiniorū creuit. Quā ita describit Oui.lib.v.+met. Scinditur in  
geminis partes circūfluus amnis. Insula nomen habet, laterū quē a  
parte duorū Porrigit & quales media tellure lacertos, de qua Diony  
sius/extat hodie inquit eius rei/quē de materie creuit/quē in campo  
martio disiecta erat ex segete regia, & in tiberim proiecta/oblitaqz li  
mo paulatim iſulā fecit; adeo firmā saxorū molibus/ut in ea fuerint  
porticus/& tépla. Nā tria illic olim erant tépla/Louis/Aesculapii, &  
fauni: Sed iſula æsculapio sacra; ppter eius Simulacrū ex Epidau  
ro urbe/monitu Sibyllinorū Car.+aduēctū, unde formam eius nauis  
qua deuectum est, locus accepit: Cuius prora, ubi fuit templum  
Fauni fluctibus cessit: Carina/& Puppis integra manet, ubi olim  
fuit æsculapii templum iunctum Louis delubro. Ouidius in fastis  
Accepit phœbo: nymphaqz Coronide natum Insula diuidua/  
qua premit amnis aqua: Iuppiter in parte est, cepit locus unus  
utrumqz: lunctaqz sunt magno templo nepotis suo. Liuius  
in Insula inquit Louis ædem. C. Seruilius duum uit dedicauit  
uota erat sex annis ante gallico bello a. L. Furio purpuriōe prætore,  
ab eodē Cōsule locata. Vitruvius libro.iiii. Prostyli inquit exéplar  
est in iſula tyberina in æde Louis/& fauni Ouid. in Fast. Idibus

Insula Louis  
lycaonia.Templū Io  
uis/ Aescu  
lapii & fau  
ni.

## ANTIQUITATVM

Aedisfauni  
ex multatia  
pecunia  
facta.  
Templūfau  
ni in capite  
insulæ.

Nosēcos  
miū pauper  
rum.

Edis. s. barro  
lomei appo  
stoli.  
Forma na  
uis e tybur  
tino lapide.  
Anguis  
æsculapius.

agrestis sumat altaria fauni. Hic ubi discretas insula rupit aquas. Li  
uius. Cn. Domitius cenobarbus inquit, & C. Scribonius ædiles mul  
tos pecuarios ad populi iudiciū adduxerūt. Tres ex his dānati sunt:  
Et eorū multatitia pecunia ædē in insula fauni fecerūt. Fuit autem  
templū fauni in capite ipsius insulæ ubi tiberis in duas ptes diuidi  
tur. Cuius hodie nullū apparet uestigij: nā tiberinis fluctibus cessit.  
In ea insula exponebatur olim ægroti, quia æsculapius, cui cōlectra  
ta est, medicinę deus habet: & ob hāc sciētiā in dec̄e numerū acce  
ptus, ut scribit Cor. Celsus. Erat in eadē insula ad æsculapii tēplum  
Nosēcomiū. i. ægrotorū Domiciliū, quod diuus Hieronymus uillā  
languētiū interpretat: ubi agrotates curabātur. Vnde apud Aristo  
phanē in Pluto. In æde æsculapii inducūtur languētes ut medelarū  
fomētis refocillētur: & apud Plautū in Gurculione inducitur leno  
cappadox lienosus; Iecorosus; Pulmonarius in fano æsculapii incu  
bās. Cuius uestigia adhuc apparēt in hortis. S. Bartolomei: cuius pro  
pinqua ædis a Gelasio .ii. cōdita uel istaurata putat. Visitur adhuc  
ibi forma nauis ex tyburtino lapide: ubi in latere reptatis serpētis Si  
mulacrū inspicitur/ qui æculapii genius eē credit: de quo satis mul  
ta Linius & Oui lib. ultimo met. Plinius. Atqui inq̄t Anguis æcu  
lapius Rcmā aduersus est/ uulgoq; pascitur, & i domibus: Cœpisse  
igitur credo, nauis for nā, ubi iā trāstra cū reptati serpēte apparent.  
Adeo uiri illi excellētes: rerūq; studiosi uel naturā i artē redigere uel  
ariē in naturā. Sed iā ad martiū cāpū vñ digressi sumus: redeamus.

### DE ORNAMENTIS CAMPI MARTII.

Veteres illi Romani inquit Strabo/ necessariis rebus magis intenti  
urbis pulchritudinē contēpsere: posteri uero īnumerabilibus/ & pcla  
rissimis impleuerūt insignibus. Pompeius enim/ & diuus Cāsar / &  
Octavius: & eius filii, & familiares, & uxor, & soror cunctarum stu  
dium simul/ & impensas ad prēparanda decora superatūt. Maximā  
autē partem martius campus habet pr̄ter natuam campi uiriditatē  
artis & solertiæ exercitationes campi enim admirabilis magnitudo  
ac curules pariter cursus/ & alia equestria certamina expedita sup  
peditat/ nec tam multis pilam/ circulum/ palestram exercitatione tra  
ctantibus aliqua incumbentium simul opera / Quid perennes solo  
herbas? Coronatosq; ad fluminis alueum colles? Sceniarum ostēia  
tio picturarū eius generis spectacula pr̄stāt/ ut difficulter/ & inui-

tus ascedas. Huic proximus campo & alter adiacet minor campus: cuius meminit Catullus cum inquit Si me quæsiueris minore campo: tum innumerabiles circum circa porticus: horti numerosi. Theatra tria simul, simul & Amphitheatru: Templa magnificientissima inter se cõtigua: ut quasi aliud agètia. Reliquâ urbis uenustatem ostentare uideatur. Et præterea cū locū istū religiosissimū esse cogitassent/ Clarissimorum virorū/ & fœminarū monumēta in eo cōstruxerūt, Cuius cāpi ornamēta scribit etiā Martialis libro, ii.

Theatrica tria.

## Augusti mausoleum.

Cōmemoratiōe dignū est q̄ Mausoleū appellatur excelsis fundatū molibus, lapide niueo: & ppetuæ uiriditatis arboribus coopertū in summū usq; uerticē cubitorū CCL. ad fluminis ripā aggeratū. In lūmo aut̄ positū est Simulacrum Augusti ex ære: sub aggere ipso sunt eius loculi: & cognatorū, & necessariorū: at ergo uero locus est mirifica continēs ambulacra. In medio aut̄ campi spatio busti extat ambi tus, & hic ipso niueo perfectus lapide: ferreos in circuitu cancellos habēs: & plantatas per se ferēs populos. Mausoleū primū sepulchrū Mausoli regis ab Artemisia eius uxore extructū. Ad huius postea s̄ militudinē Augustus sepulchrū sibi in cāpo Martio erexit: addidit præterea porticus pedū mille: & hortos: & nemora miræ pulchritudi nis. Suetonius in augusti funere. Reliquias inquit Mausoleo cōdi derunt, id opus inter flaminiam uiā, ripāq; tiberis sexto suo cōsula tu extruxit. Virgilius libro. vi. æn. in Marcelli funere, Quantos ille uirum magnā mauortis ad urbem Campus ager gemitus, uel quæ tiberine uidebis funera, cum tumulū præterlabere recentem. Cuius etiā loci meminit Cassiodorus in Epistolis. Ipsius aut̄ Mausolei ex tāt hodie magnæ ruinæ iuxta tēplū nūc. S. Rocchi ante hos annos ex ære collato excitatū. Molesq; ipa sphericā habet formā reticulato ope circunquaq; extructa, ubi multa ex profunda tellure marmora erui uidimus/ inter quæ breue quoddā Epitaphiū cuiusdā liberti augusti a marmoribus uidelicet.

## D. M.

VLPIO MARTIALI AVGVSTI LIBERTO AMARMO:  
RIBVS. Erat olim in eo abitu (ut supradictū est) nemus populeū unde postea portā nūc populi, & ppinquū. S. marię de poplo tēplū nomē accepisse crediderim, nisi locus a populi frequentia dicatur.

Nemus pos  
puleum.

## ANTIQUITATVM

Qui hodie totus occupatus est domibus usq; ad ripam tiberis/ubi  
domorū iſulæ prisco more/& uia regularibus funiculis ad amussim  
directæ, sed ea precipue quæ nuper designata est a templo populi  
usq; in centrum nunc urbis. Quæ regio in angulo martii campi co-  
artata quasi noua aduentiorum colonia deducta excisalpina potissi  
mū Gallia/& Iluria/unde modo Lombardia/modo Sclauonia ab in  
colis nūcupatur/qui locus factus est celebrior ob imaginē diuæ uir-  
ginis deiparæ quæ nuperrime in quadam sumo fa proœuca in pro-  
ximis menibus iuxta tiberim/coli/frequētariq; coepit est proximo  
Iubilei anno. M.D.XXV. Die. XX. Iunii.

### De antiquo Horologio campi Martii.

In parte Martii campi, ubi nunc est. Templum. S. Laurentii in Lu-  
cina in Capella noua Capellanorum sicut olim basis illa nominatissi-  
ma/& Horologiū superioribus annis effosum, quod habebat septē  
gradus circum/& lineas distinctas metallo inaurato, & solum cam-  
pi erat ex lapide atmplo quadrato, & habebat lineas easdem, & in an-  
gulo quatuor uenti erant ex opere musiuo cum inscriptione BO-  
REAS SPIRAT.

### De Septis Campi Martii.

Septa generali uocabulo dicuntur loca munita, & quedam sepimē-  
ta uallata, quibus animalia continentur. Virgilius in bucolicis.  
Quāuis multa meis exiret uictima septis, unde quadam similitudi-  
ne loca in cāpo martio tabulis, siue lignis inclusa dicta sunt, in qui-  
bus stās populus ro. suffragia ferre cōsueuerat. Martialis ita inquit  
In septis mamurra diu multūq; rogatus: dicūtur & ouilia. Lucanus  
& miserē maculauit Oulilia romæ. Sed Lucanus non de septis (ut  
creditur) sed de villa publica intellectus/ubi. ix. debitorum cesa dicū-  
tur auctore Sylla. Erant enim Septa locus lignis (ut supra dictū est)  
inclusus ad creandos magistratus deputatus. Ea q; fuisse scribit Li-  
uius iuxta uiam flaminiam, & uiam fornicaram, Satis constat locū  
fuisse in eo ambitu, ubi nunc est colūna Cochlidis Antonini pii,  
iuxta montem Citatorum/unde nomen accepit. Suetonius in Cæsa-  
re cunctatum inquit Vtrum ne in martio campo: per comitia, & tri-  
bus ad suffragia uocantem partibus diuisis e ponte deiicerent, atq;  
exceptum trucidarent/an in sacra uia/an in aditu Theatri Pompei  
adorirentur. Quem suffragorum morem Augustus sustulit: ut scribit

Tacitus cum inquit Comitia prius e campo ad patres trāslatas sunt ab Augusto Suetonius item/Comitiorum quoq; ius pristinum reduxit/atq; triplici poena coercito ambitu,& ipse suffragium in Tribubus ferebat/sicut unus ex populo, Quę diu intermissa ab Hadriano Imp. demū reuocata fuisse scribit Spartanus. In hunc locum ex propinquo colle hortulorum descēdebant Candidati qui magistratus petituri erant.Cicero ad Atticum Rem inquit gloriosam/mar morea sumus,& septa facturi. Eaq; cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur.i.porticus milliaria, Simul adiungetur huic operi Villa publica, Quod nec ipse Cicero,nec alius fecit/bello ciui li impediti. Fuit prēterea iuxta Septa templum Neptuni cum portico pulcherrima/ut scribit Dion. quē locum. M. Agrippa multis ornamentiis decorauit.fuerunt/& Septa agrippina/quorum meminit Lampridius his uerbis, Instituerat & Alexander seuerus basilicam alexandrinam inter campū martiū & Septa agrippina, fuit & Campus agrippae in regiōe uiæ latæ sub Quirinali/& fortasse ibidem ea Septa.fuerunt item Septa trigaria in regione Circi Flam. de quibus Plinius libro ultimo, Ne equos quidem in trigariis præferri ullis uernaculis animaduerto.

De templo Isidis iuxta Septa campi martii.

Satis constat tēplum Isidis fuisse olim iuxta Septa campi martii ut scribit Iuuenalis cū aita merce portabit aquas/ut spargat in ædē Isidis antiquo/quę proxima surgit ouili/ quidam scribūt templum Isidis fuisse/ubi nunc est ecclesia. S. Mariæ in uia lata, sed non congruit carminī Iuuenalis/quoniā multū distaret ab ipsis septis/quę erant olim in eo ambitu ubi nunc surgit Colūna Cochlidis Antonini pii/ut supra dictū est/nec desunt qui scribant templū Isidis fuisse ubi nunc est ædis. S. Mariæ in Aquiro/extant adhuc in propinquo templi hortulo Colūnæ quædam erectæ/ut supra diximus/Quod magis congruet Iuuenalis carmini.Fuit autem Isis in magna uene ratione & eius sacra ex egypto aduecta. Vnde Lucanus. Nos in templa tua romana recepimus Ilin, Semideosc; canes, & sistra iubētia luctus. Lampridius in Comodo Ant. Imp. Sacra inquit Isidis ita coluit, ut & caput raderet, Iiacos uero pineis usq; ad perniciē pectus tundere iubebat, Cum Anubin portaret Capita Iiacorum grauiter tundebat ore Simulacri. Iosephus.xx. antiquitatum Iudorū tradit

Templum  
Neptuni  
Septa agrip-  
pina.  
Septa trigar-  
ria.

Fdis. S. Ma-  
riæ i uia lata

Colūna eos  
chlidis qdis  
S.mariæ in  
Aquiero.

Anubis.

## ANTIQUITATVM

Templum Isidis suuditus euersum esse romæ iubente Tiberio/sta-  
tuam Isidis in tiberim deiectam, Sacerdotes Iiacos in cruce subla-  
tos/ob scelus, quo matronā adulterio tanq̄ deo Anubidi prostraue-  
runt. Nam in templo Isidis multa siebat lenocinia. Vnde Ouidius  
de arte Neu fuge niliacæ mēphitica sacra iuuēcæ. Multas illa facit/  
quod fuit ipsa loui. Iuuenalis Item: aut expectatur in hortis, Aut  
apud Iiacæ potius sacraria lenæ. Idem præterea Josephus de bello,  
& triūpho iudaico ita tradit, Vespasianos/qni in Isidis templo nocte  
quieuerant/ad octauianas deambulationes transiuisse/ubi eos Se-  
natus,& honorati Equites præstolabantur, Dion.de templo Sera-  
pis & Isidis ita tradit. Ignis diuinitus potius q̄ ab homine Romæ ex-  
citatus,eāc⁹ depopulatus,& Serapis,& sidis tēplū,& Septa,Neptū  
ni ædem, Thermas Agrippæ, Pantheon, Diribitorium Balbi, Thea-  
trum Pompei, Porticū Octauiaz, Domū cum Bibliotheca louis Ca-  
pitolini,cū ædibus,& Sacellis coniunctis conflagrassæ. Colebatur  
aut̄ Isis una cum Osiride uiro/qui/& Serapis dictus est. Tria fuisse  
olim in urbe Isidis præcipua templa inuenio, unū de quo nunc agi-  
mus. Alterum in summa via sacra in Emporio, ut supra dictum est.  
Tertium Isidis Antenorice in regione piscinæ publicæ/ad caput  
uiæ nouæ/ab Antonino bassiano conditum,iuxta ipsius Thermas/  
de quo Spartianus Sacra inquit Isidis primum per hunc Romanam  
delata/& templo magnifice ei deę fecit. ubi ante hos annos fragmē-  
ta quædā marmorea eruta/cū inscriptione intercisa/& mutilata hu-  
iūsmodi. SAECVLO FELICI ISIAS SACER DOS ISIDI SA-  
LVTARIS CONSECRATIO. In altero fragmento/sic/ PON-  
TIFICIS VOTIS ANNVENT DII ROMANAЕ REIP.  
ARCANAQ. MORBIS PRAESIDIA ANNVENT QVO-  
RVM NVTV ROMANO IMPERIO REGNA CESSE-  
RE. Fuit præterea Isis patritia in regione exquilina ut scribit. P. Vi-  
ctor. Fuit item in regione. ix. Circi flam. Iseum,& Serapeū, quę erat  
loca publica/alterum ab Iside; alterum a Serapide dictum/Ea fuisse  
creduntur iuxta arcum nunc Campilianī sub proxima æde. S. Ste-  
phani cognomento Caci: ubi nuperime Nili flu. Marmoreum mi-  
re magnitudinis Simulacrum effosum uidimus/& in eodē marmo-  
re Ranarum/& Lacertarum parua quędam signa/quę batracos/&  
Sauros operis structores ita illi uocabantur / celauerunt/ea tantum.

Isis antono-  
do rica.

Isis patritia.

Iseū & sera-  
pcum.

Simulacrū  
Nili flu.

mercede contēti ipsarū ut eiusmodi reptilia sua nomina exprimētia/  
scalperentur. Lampridius in Alexandro seuero. Iseum / & Serapeū  
inquit decenter ornauit additis signis deliacis / & omnibus mysticis a  
Delo insula/ ubi laudatissima siebant/auctore Plinio prateca. Mu-  
seum, Iseum, & Serapeū publica Alexandre auditoria erāt / & aedes  
a Misis / & Serapi / & Iside dicta/ In eodem ambitu multa etiam mar-  
morum fragmenta effossa/ ubi & Tiberis simulacrum cū pueris Rō  
mulo / & Remo conditoribus urbis Nutricis lupę ubera sugentibus  
& utrūq; Simulacrum & Nili & Tiberis in Vaticanum de atū est.  
Nec desunt qui uelint hoc in loco fuisse olim porticū Octauiae/ sed  
uerisimile non est cum ea porticus fuerit iuxta Theatrum Marcelli  
ut supradictum est.

## DE TEMPLO MINERVAE CHALCIDICAE.

Fuit & templum Mineruæ Chalcidiæ, cuius adhuc extant uesti-  
gia in proximo Cenobio fratrum. S. Mariæ supra Mineruam unde  
cognomētum locus sortitus est. Extant aut undiq; eius templi parie-  
tes quadratae & oblongæ formæ sine tecto/ erat enim templum non  
magnum testudinatum incrustatum multisq; ornamētis decoratū:  
uisitur adhuc eius forma in hortis fratrū prædictorū. S. Dominicis/  
p multos haec tenus annos incultū ac deformatū, & nulli regi usui ser-  
uies nisi imūditiis. Nūc uero ibi cellulæ fratrū extructæ ueribusq;  
superadditæ opera / & impensa Clementis. vii. Quod templū Pōpeius  
magnus condidit, & in eo triumphalia dedicauit: ut scribit Plinius  
lib. vii. nat. hist. cum inquit, Toties Imperator, anteq; miles, postea  
ad tota maria, & deinde Solis ad ortus missus hos rettulit titulos,  
more sacris carminibus uincentiū, neq; ipsi coronantur, sed patrias  
suas coronant, Hos ergo honores urbi tribuit in delubro Mineruæ  
quod ex manubiis dicabat. Cn. Pompeius magnus Imperator bello  
xxx. annorum confecto, fusis fugatisq; occisis, & in deditiōnem acce-  
ptis hominū centies uicies semel. lxxxiii. millibus/depressis/ aut ca-  
ptis nauibus. DCCCLV. oppidis, castellis/mille qngentis. xxxviii.  
in fidem acceptis terris a Mæotis lacu ad rubrum mare subactis/me-  
rito Mineruæ hoc breuiariū eius ab oriēte: Triumphū uero cū oram  
maritimā prædonibus & Imperiū populi ro, restituisset, ex asia, pō-  
to, Armenia, Paphlagonia, Cappadocia, Cilicia, Syria, Scythis, lu-  
daes, Albanis, Iberia, insula Creta, basternis, & super hæc Mythri-  
date, & Tigrane triumphauit.

Simulacrū  
tiberis fiu.Porticus  
octauiae.

# ANTIQUITATVM

De Templo quod pantheon prius dicebatur;  
nunc S. Maria Rotunda.

**C**Exstat hodie Templum prope integrū ab antiquis Panthœū nun cupatum mira altitudine / spatiolis molibus fornicate / Sphaerica forma / & ueteri structura / Symetria / ac diametro cōcinatū / sicut etiā hodie apparet, Vnde ea ædis. S. Maria Rotunda / a iunioribus dicta est / inter uetusta urbis ædificia satis conspicuum templū, Quod Agrippa struxit teste Plinio, nec desunt, qui asserant / non ab Agrippa / sed Augusto antea conditum templum, Porticum uero ab Agrippa postea superadditā. Sed Plilib. xxxvi. nat. hist. ab Agrippa factū asserit cū inquit Pantheon Ioui Vltori ab Agrippa factū, Itē Agrippæ Pantheon decorauit Diogenes / Atheniensis / & Carsacides, Quinimo & in nomismatibus Agrippæ satis expressa & tēpli / & Porticus forma apparet / & in frōtispicio Cubitales litræ titulū ostendūt, uidelicet •M. AGRIPPA. L.F. COS. TERTIVM. FECIT.

Qui in restauratiōe eius semper idem instauratus est, nam & ab Hadriano Imp. restitutum opus ut scribit Spartanus; deinde ab septimo Seuero / & M. Aurelio Antonino ut minores litteræ infra ostendunt uidelicet. IMP. CAES. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX ARABICVS PARTHICVS FONT. MAX. TRIB. POT. XI. COS. III. PP. PRO COS. ET IMP. M. AV RELIVS ANTONIN. FELIX. AVG. TRIB. POT. V. COS. PRO COS. PANTHEVM VETVSTATE CORR VP. TVM CVM OMNI CVLTV RESTITVERVNT. Dictū Pantheon / ut scribit Dion. siue q̄ matri deū / atq̄ omnibus diis sacrū esset, siue q̄ mundi formā haberet / qui propterea pantheon appellā dum censem, Nam cum Agrippa illud absoluisset / uoluit Augusto de dicare, sed ille respuit: dedicatūq; est in honorem Martis / & Veneris & eorum statuæ præcipuæ illic locatae / inter quas & deorum omniū statūculæ, & in pronao templi a dextris & sinistris Simulacra Augusti / & Agrippæ. Fuisseq; in eo tēplo scribit etiā Macrobius in saturnalibus Simulacrum Martis / & Veneris / & unionem miræ magnitudinis / & taxationis / quem Cleopatra in auribus gerebat, cuius magnam partem per acerum consuperat in Coniuio quo. M. Antoniū sumptibus superare cōtenebat: quę uno haustu centies Sester tiū ebibit ut scribit Plinius libro. x. Sed qui superfluit / uicta regina

capta ægypto/Romā delatus dissectusq; est/& factæ ex una margaritæ due posita Simulacro Veneris monstruosæ magnitudinis in templo quod Pantheon dicitur Ioui Vltori dedicatū/ut supra dictū est. Extant templi portæ æreæ miræ magnitudinis uetusitate conquassatae ueteri structura satis olim exornatae cū ereis supra ipsam portā cācellis tēplūq; ipsū intrinsecus externo marmore/ac uersi colore cōspicuū. ubi lithostrotū lapidū diuersitate decorū. Et colūnæ circūquaç; strictura,& epistiliiscōcinnatae/ubi & Sacella/in qbus p ambitū statuæ olim collocatae erāt. Plinius Syracusana inquit sunt in pantheo capita colūnarum a.M. Agrippa posita/In colūnis templi eius probantur inter pauca eius opera;sicut in fastigio posita signa/sed propter altitudinem loci minus celebrata. In honore est in eo templo Hercules/ad quem Pœni omnibus annis humana sacrificant uictima humi stans ante aditū templi Agnationes sitæ:extat ad huc eius tēpli cōcamerata testudo miro artificio laqueata/& i sūmo uertice sphæricum foramen,unde liberū celi lumen admittitur. Verum ne sua mole extorta rotunditas grauaretur / uacui circunquaç; Specus ab imo ad summū usq; relictū sunt. Marmorata intus tota ædis/aut incrusted / exterius uero tectorio illita / a fronte uero ereis laminis argento/auroq; illitis/ut adhuc signa apparent. Altitudo interior latitudini ex Diametro equalis habetur. In medio tēplo extat. Impluuiū ad excipiendos superioris foraminis decidentes im bres. Ne credant Sobrii Anicularū fabellam/que uulgo circūfertur de hoc tēplo/q; a Cacodēmone fuerit cōditū/cum satis cōstet ipsum a.M. Agrippa Augusti genero fuisse extortū ut superius dictū est. Tectum uero/quod nunc ex chartis plumbeis ante hos annos a Nicolao,y. instauratū , Argentis laminis apud ueteres coopertum dicitur , Quas Constantinus.iii. Heraclii Nepos Romam ueniens sustulit, Is quinta postq; in urbem ingressus est die/ad direptionem conuersus/Omnes statuas ex ære,& marmore ad ornatum urbis, omniaq; Ecclesiarum ornamenta paulo decētiora distrahit,& nauibus ad id præparatis imponit, Plusq; ipse septem diebus urbi detraxit,q; barbari ante ducentis quinquaginta octo annis. Nam Syracusas ea ornamenta detulerat, ubi dolo Mezentii/dum in balneis libidini uaret/interfectus. Eo propterea ex omnibus prouinciis romanis profecti milites ad opprimendum Mezentium,Quo sublato/cum omnes

Statuæ in fastigio panthei posita.

## A N T I Q V I T A T V M

Pantheo  
bonofacio  
iivi. cōserua  
tum.

Ad oīa tem  
pla apud ve  
teres gradis  
bus ascēdes  
batur.

passim superueniētes cum magna classe Sarraceni, Et Syracusas & totam insulam occupauerunt, Vnde postea onusti præda Alexan-  
dream redeuntes urbis quoq; Romæ ornamēta secū detulere, Quæ  
Constantius Syracusas deuexerat: eo at hīmo ut inde Constantinopo-  
lin traiiceret, Pantheon autem Bonifacius. iiii. patria Marsus a pho-  
ca Imp. obtinuit/consecrauitq; in honorē diuę Mariæ uirginis dei-  
paræ & omniū martyrum Christi eiectis primum gentium Simu-  
lacrī / lustratoq; templo unde postea Virgo ad martyres dicta est.  
Ipsum uero Pantheon haud dubie cetera urbis templā magnitudi-  
ne lapidum nitore & priscis ornamētis superat. Ad quod Virgilius  
libro primo æn. alludere uidetur/cū Iunonis illud Carthaginense  
describit. Notandum hoc in loco Omnia tēpla apud ueteres in sub-  
limi condita/gradibus ascendi/atq; unū tantū habere aditū, ex quo  
deprændi potest quantū ruinæ creuerunt romæ. Nam Pantheon to-  
tidem gradibus prius ascendebatur/quot nunc descenditur/ut supe-  
rioribus annis experimentum uidimus, effossa ante tēpli aditū/area  
quadrato la spide/tyburtino strata. Extat hodie templi Protryrion. i.  
locus ante portā. Extructa porticus colūnis ingentibus/eiusq; tectū  
æreis trabibus in auratis/canalium modo compactis. Colūnæ uero/  
quibus attollitur, multis ante seculis sordidissimis diuersorum que-  
stuū tabernis/quibus obsidebantur/occultæ/opera/& impēsa Eu-  
genii. iiii. emundatæ in priorem nitorem redactæ/mirabilis ædificiū  
pulchritudinem ostendūt. Nostra uero memoria/sublati quibusdā  
casulis, & eiectis inde ruderibus, & imunditiis quibus omnia opple-  
ta/operta gerant. Ipsumq; Panthœum in insulam redactum/undiq;  
peruiū/ac prope circunquaq; absolutū. Eminent hodie ante templi  
aditum ex priscis ornamentiis duo pari forma leones ex Marmoridū  
lapide sub nigro suis basibus collocati cū hieroglyphicis notis inter  
porphiretica labra/c pximis. M. Agrippæ/ & Neronis (ut creditur)  
thermis/post ruinas ibi collocata.

### De Templo boni euentus.

Boni Euentus Templū satis constat fuisse iuxta Pantheon, sed quo  
in loco/diu dubitatū est, Verum cum illud ego curiosius inuestiga-  
rem, subito eius templi quadrata/atq; oblōga/adhuc integra forma  
inter ruinas occurrit, Magistris uiarū excitatibus nouam illic uiā  
a platea nunc. S. Eustachii/usq; in plateā Mineruę peragendā inter

proximum Pantheon/& amplissimas/quas nunc a fundamentis exicitat ædes, & palatum Magnificus uir/ac prædiues.D. Marius Petruschus fisci procurator/qui per medium boni euētus templi longitudinem eiecit fundamenta/reliqua uero pars occupatur uia/de qua supra dictū est. Apparēt adhuc illic laqueariū signa quos stucchos uocant sicut in Pantheo/& Hiperstylia colūnarū/quæ iussu nuper Nicolai. V. In uaticanū delatae sunt. Colitur aut̄ Euentus ut omnia nobis eueniāt prospere/& feliciter. M. Varro de re rustica ad fundam̄ uxorem ita inquit Nec nō p̄cor lymphā/& bonū Euentum/quo niam sine aqua/omnis arida est agricultura. Boni Euentus Simulacrum species erat pauperis habitu/dextra manu paterā, Sinistra uero Spicam tenebat, Plinius tradit Boni Euētus, & bonæ fortunæ Simulacra in Capitolio Praxitelis opera.

etus Simus  
Bonī eūtē  
lacrumī

DE CAPREÆ PALVDE.

Capreæ Paludem in Campo Martio ante urbem/ad Circum flatinuersus mare fuisse scribit Plutarchus in Romulo; locus autem erat in rheumatibus tiberis, ad quem/unus erat aditus / & pp̄terea tutus. ubi Romulus urbis conditor, cum exercitum recenseret, subita orta tempestate, sublatus e medio apparere desuit, Liuius: His inquit immortalibus æditis operibus, cū ad exercitum recensendum concionem in campo ad Capreæ paludem haberet, hominem exuit ex miraculo creditum in cœlum abiisse. Quidam uero tradunt a Senatu disceptum propter tyrānidem, Nam is uel propter augendas Cerimonias/uel cum exercitu, qui tunc erat ex, xxx+milibus peditū, & CC. Equitibus; & haberet in campo martio cōcionē ad Capræ paludem nonis Quintilibus, & aer esset serenus; Subiti exorti nimbi, cum tonitru, et coruscationibus, & ingenti cœli fragore, eum cōcionantem sustulerūt. Ouidius in Fastis. Est locus, antiqui Capreæ dixerūt paludem: forte uiris illic Romule iura dabas. Sol fugit, & remaneat subeuntia nubila cœlum; & grauis/effusis decidit imber aquis. Hinc tonat/emitissis obrumpitur ignibus æther: fit fuga/rex patriis astra petebat equis. Die/quo humanis deceſſit/uulgi fugam, Caprotinaſq; nonas dixere. Tantū sub eo rem. p. creuisse scribit Dionylius ut ex modicis copiis: quas ab initio habuit; post eius mortem confestim censa Romæ lvi. peditum milia; Equitum paulo minus q̄ mille. Sed magnitudo illa breuis intra hominis ætatē interitura. Qui

R.

## A N T I Q V I T A T V M

bus domi nec spes prolis ulla erat; nec cōiugia. Decessit aut nullam ex se progeniem relinquens; ætatis suæ annū agens. līii. Regni ue-ro. xxxvii. Suspicio fuit in ea Eclypsi/in qua fuit totus solis defectus regem cēsum fuisse a Senatoribus. L. Florus ita tradit His ita ordi-natis cum repente concionē haberet/ante urbē ad Capreæ paludē e cōspectu ablatum; discrēptūq; a Senatu putāt/ob asperius ingeniū, Sed orta tēpestas; Solisq; defectio/Cōsecrationis speciem præbuere, Eam opinionem cædis deleuit uir grauis Iulius proculs ex illustri familia Troianorū; & Romuli affinis/qui nūciauit hora matutina se uidisse Romulū deum; & iussisse referre quædam suis Romanis. Apparuit aut Romulus in monte Quirinali supra templum nunc S. Vitalis, ubi ob eam rem conditum fuit templum Quirini Ipseq; pro deo cultus; & Quirinus appellatus.

### De Terento loco in Campo Martio.

Fuit olim in ultima campi martii parte iuxta tibrim haud longe (ut creditur) a capitolio locus quidā nomine Terētus/a terēdo dictus/ eo q; tibris cōtiguā sibi terrā suis fluctibus tereret. Terētus inquit fe-stus q; pfluētis Tiberis ripas aquarū cursus tereret / appellatus est. Quem in locum cū Euander ex Arcadia profectus/adueniaret, illic una cum Classe substitisse dicitur. Ouidius in Fastis, Iāq; ratem do-ctæ monitu Carmentis in amnē Egerat/& tuscis obuius ibat aquis. Fluminis illa latus , cui sunt uada iuncta Terenti/Aspicit & sparsas per loca rara casas.

### De Plutonis ara subterranea.

Capud Terentū scribit festus fuisse olim Arā: ac subterraneū Ditis templū, ad quē locū/multis gradibus descēdebatur. Mos enim erat apud ueteres/ad oia tēpla gradibus ascendere/ad ædem uero Pluto-nis, & Cōsi gradibus descēdere. Nam inferorū aræ subterraneæ erāt loco profundo. Arā ditis pris/& Proserpinæ scribit Val. max. egesta terra ad xx. pedū altitudinem apud Terentū fuisse iacentā Valesio quodam auctore, & Sabinis locuplete, & rustice uitæ homine/libera-tis tribus/a pestilentia filiis : ubi trinoctium furuæ hostiæ sacrificiū exhibuit. Vnde Ausonii poetæ uersus. Terna terentino celebrata tri-noctia ludo. Eam aram bello albano Romani constituerant/& alta terra occultauerant/ut omnibus. præterq; ipsis Romanis ignorabilis esset. Ad aram præterea ipsius Plutonis apud Terentum nascentiū olim/& moriētiū suo ordine nomina notabantur quoties ciuitas lu-

Tēplū Qui-tini.

Tēplū Plu-tonis.  
Templum Consi.

strabitur. Cuius rei meminit Martialis in matrona quadā ita loquē  
te Bis mea romano spectata est uita tcrento/& nihil extremos perdi  
dit ante rogos. Vbi etiā. xxx. quoq; anno census agebatur. Nec de  
sunt qui tradant/habuisse hinc originem/Sæcularem annū/qui re  
dactus postea fuit ad minorē numerū. Vnde Papinius in siluis Aut  
instaurati peccauerit ara terēti. Martialis in natali Domitiani Imp.  
Hic colat ingenti redeūtia sæcula lustro. Et quæ romuleus sacrate  
rentus habet. In quibus trinoctio sacrum Plutoni & proserpinæ le  
ctisternum/& Supplicationes fieri solebant.

## De æde/&amp; ara Consi subterranea.

Aedis / & ara Consi iuxta circū maximū/ad Septizoniū fuisse olim  
ex Tacito creditur;cū ueterē designat in palatio urbem. Cōsus enim  
deus est consiliorum:& consilia debent esse arcana. Cui deo subter  
ranea ara constituta;circunfusa terra;sacrificiisq; & igneis sollenita  
tibus colitur. Eum esse Neptunū Equestrem tradūt: Cursusq; equo  
rum agitur;iunctorū:& nō functotū. Vocaturq; a Romanis is deus  
Consus; a græcis uero Possidonius; In cuius honore ludos agēs Ro  
mulus Sabinas rapuit;ad quas rapiēdas arcanū oportebat esse deo  
Conso duce Cōsiliū/ut ad uota pcedcret/& hospitaliter per domos  
invitati/securi ludos inspicerēt;& urbē contéplarētur ad xiii. Septē  
bris; Quo die Cōsualia celebrata sunt. Id facinus perpetratū est quar  
to mense;quo Vrbis condi cępta est; ut scribit fabius pictor; quē se  
cutus est Dionysius Alicarnassus.

## De diuersis fortunę numinibus ac templis.

Cum multa/ac uaria/apud ueteres Romanos numina colerentur;  
fortunam prēcipue/diuersis titulis eos coluisse satis cōstat. Est enim  
fortuna accidentium rerum subitus:atq; inopinatus Euentus; Mul  
taq; habet cognomina;ut fors fortuna. Prospera. Equestris. Peregri  
na. Obsequens. Fauēs. Opipara. Publica. Priuata. Viscata. Virgo  
Muliebris. Benesperās. Virilis. Propria. Conuertens. Dubia. Mala  
Mascula. Parua. Calua. Seia. Respiciēs. Mammosa. Barbata. Omni  
potens. Bona;ac mala. Primus Ancus Marcius fortunæ uirilis ædē  
ædificauit. Seruius Tullius fortunę gratiam referre uolēs;q; ipse ex  
captiua natus esset;& eius beneficio regnum adsecutus;non unam  
illi ædem;sed plures extruxit;ut fortis;primigeniæ Masculæ: mox  
prosperæ;& uirilis templa erexit. Fortis autem transtileri in hortis

## ANTIQUITATVM

Cæsarianis; bonæ uero Reduci; Euelpidi; Atropheæ; Conuerteti; Be  
nesperanti; propriæ; Virginis; ac Seis nō uno tempore tēpla constru  
cta. Seia prius a Seruio Tullio deinde a Nerone dicata in domo au  
rea. Nam fortuna uariis nominibus tēpla habebat ut scribit Plutar  
chus in questionibus. Malæ in Exquiliis; nō ut opem ferret; sed ne  
obesset; Cuius Simulacrum manu altera cū cornucopiae; altera guber  
naculum geminū uersans, effingebatur. Quidam illâ sc̄emineo habi  
tu, furenti similem/cecam super uolubile laxum effinxere, q̄ nullo  
delectu spes/ad malos/& indignos conferat. Aliqui autē sine pedis  
bus, manus/& pēnas habentem. Interrogatus Apelles cur fortuna se  
dentein pinxit/et nondum inquit stare didicit. Reduci; q̄ Impera  
torem reducem seruasset. Martialis. Hic ubi fortunæ reducis fulgē  
tia late Templa nitent/felix arca nuper erat. Pr̄terea fortunæ signū  
in cubiculo Imperatorū ponebatur. Muliebris uero templū uia lati  
na. iiii, ab urbe lapide. Equestris iuxta theatrū lapideum; que insi  
dens equo fabricata fuerat. Q. Fulvius Flaccus inquit Val. max. im  
pune non tulit/qui in censura regulas marmoreas ex Iunonis lici  
niæ templo in ædem fortunæ Equestris/quam romæ faciebat/tran  
stulit. Primigeniæ aut in colle quirinali a Domitio pr̄tore postea  
locata. Alteram uero primigeniæ ædicolam. P. Sempronius Cos, se  
cundo punico bello uouit/uoti reus. Eundē Seruium auctores tra  
dunt primigeniam / & obsequentē in Capitolio dicasse. fortuna re  
spiciens/& propria iuxta templum Iouis uictoris in palatio prospe  
ra in foro boario. uiscata dicta est/q̄ eius illecebris multi capiantur  
couertens; q̄ homines ludificetur. calua, q̄ sub teſto nominare re  
ligio est. Condidit pr̄terea Seruus Tullius paruæ fortunæ q̄dem.  
quam Romani breuem uocant, q̄ ipse paruuus in initio, & abiectus,  
quippe quia ex captiuâ matre natus esset, fortunæ beneficio romæ  
Regnauit, fuit & fortuna auentina, que colebatur sub imagine  
duarum sororum ut scribit Macrobius, & Tranquillus. Simili mo  
do pr̄euertet. Papinius. & prænestinæ poterant migrare sorores. Ci  
cero de diuinatione. Fortunā penitus tollit/cū inquit Nihil esse tā  
contrariū rationi/& Constantiæ/q̄ fortunam/ut ne in deum quidē  
cadere posse uideatur; ut sciat, quid casu/& fortuitu futurum sit. Si  
enim sit, illud certe eueuiet; si certe eneniet/nulla est fortuna. Quam  
sentētiā sequitur Iuuinalis;cū inquit Nullum numē habet/si sit

prudentia, sed nos Te facimus fortuua deā/cœloq; locamus. Fortuna uero om̄ne christiana religio excludit execraturq;.

De Templis apud antiquos extra urbem.

Erant præterea apud ueteres sacrificia ex diuersis animalibus: sed ex bubulo gratiora; hinc uictimæ, & lautissima deorū placatio; nā bos in honore maximo; præsertim in Italia: quæ ab hoc nūcupata creditur: q; olim Græci Tauros Italos uocarēt, & in ea urbe/cuius mœnibus cōdendis si mas/& fēmina aratro terminū signauerint: q; is labotiosissimus hominis socius in agricultura: Cuius tanta fuit apud Antiquos ueneratio/ut tam Capitale esset bouē necasse/q; ciuē/ægyptii quoq; apin bouē numinis uice coluerūt. Erat & uitulus Menechmus: de quo Plinius Menechmi inquit uitulus genu premitur/ replicata ceruice; Ipseq; Menechmus scripsit de sua arte. Extant ho dic eius marmorea signa/& in plerisq; canis/& Serpēs lateri:& Scorpio testibus adfixus cernitur. Erant etiā ut dixi extra urbem ædes deorum: quos obesse putabāt: ut extra portā Collinā/Erycinæ Veneris templū, & Veneris uerticordiæ simulacrum, q; corda hominum alibidine/ad pudicitiā uerteret. Oui, in fast. Rēma pudicitia paucorum tempore lapsa; Cunęā ueteres consuluitis anū. Templa iubet ueneri fieri; quibus ordine factis, Inde uenus uerso nomine corda tenet. Pudicissima inquit Pli. Lib. vii. fēmina semel matronatū sententia iudicata est Sulpicia Paterculi filia/nxor fuluii Flaccieletta ex Centū præcipuis: quæ simulacrū Veneris ex sibyllinis carminibus dedicaret. Item mense Augusto matronę ro. mentulā deferebant cū sacrorum pompa in ædem Veneris extra mœnia/q; quis mētricum es; et illud sollēne/tamen non licebat alicui/præter q; matronæ castæ id sacrū tractare/& ponere insinu Veneris. fuit præterea extra portā uiminalē tēplū Neniae/q; cātu querulo funeribus adesset. Fuit & Quietis templū uia lauicana. Item fortunæ muliebris uia latina. Et extra portā Capenā ad. ii. lapidem templū Rediculi, in quo Hānibal castrametatus/q; illusus rediret/appellatus est; eadē uia tēplū Martis ut iam dixi. Item extra portā Carmentalem/templum Iani. In Iusula tiberina Templū louis; æsculapii; & fauni; & transstiberiū fortunæ. Nōnulli Timorē/pallorem/& paupertatē/& senectam tāq; noxia numina a Ciuitate penitus arcuere. Quæ numina sedent in uestibulo inferorum. Erāt præterea liber;/& libera/quibus in

## ANTIQUITATVM

uin demia peragēda sanctissime / & castissime sacrificabatur. Extant  
hodie passim in agro ro. ueterū Suburbanorū semidiruta; obsoletaq;  
Antiquorū domicilia / & exigua iam collabētia sacella / miro artifi-  
cio, sed rudi materia satis cōspicua, Quę Suburbanorū quondā lar-  
ria fuisse Opinio est: ex uerbis Ciceronis lib. ii. de legibus cū inquit  
Lucos in agris habēto / & larum sedes. Nam Romani olim opibus  
affluentes / sumptuosius uillas / q̄ urbanas domos extruebāt / ubi etiā  
Viuaria; piscinas / uenationes / & cetera id genus ad uoluptatē / &  
delicias condere cōsueuerāt. Coartatū mare ad natationes erat; & ame-  
nissima uiridaria / & loca arboribus cōsita / & horti pēsiles futūrū tūc  
in urbe & extra urbē horti celebres Sallustiani, Mēcenatiani, Lucul-  
iani, Asiniani, Lamiani, Cæsariani, & Getæ, extra urbem Teretiani  
Via apia. xx. iugerū, & Ouidiani uia claudia. Erant prēterea frequē-  
tissima Suburbana Romanorū, ut Lucullanū, Tusculanū / formia-  
nū, & plēraq; alia / quę hodie trāsierunt in latifundia / ac rura priua-  
torum. Haud silētio prēteribo Tyburninā Hadriani Imp. uillā / quā  
mire edificauit ita ut in ea, & prouinciarū / & locorū celeberrima no-  
mina inscriberet uelut liciū / Academiā / pritanium. Canopū / Pecilē  
tempe uocaret. In agro ipso ro. erant olim multa oppidula seu uillæ  
qbus dirutis facta sunt earū territoria / prēdia / & pascua ro. ubi nunc  
agricolations horti / & uillaticę fiūt pastiones / ubi armēta ac greges  
optime pueniūt / & alūtur. Propter herbosum solū affluentes aquas  
tepidos & apricos saltus / & amœnas ualles ubi prēsertim bubali / qui  
apud ueteres nō erāt in usu / haud iam ab hinc diu in Italiā aduecti,  
nā rarissimi / ipsiq; feri inspectaculis tātūmodo uisebāt / vñ Marti.  
illi cessit acrorum bubalus / atq; bison / meminit etiā Pli. & Solinus.  
Quisi ita frequētes uti hodie sūt / olim fuissent / ac māucfacti, haud  
quāq; eos silētio p̄terisset. M. Varro / & Colubella d uillatica pastiōe.

De Basilicis & templis sub christiano ritu excitatis.

¶ Post euersim a barbaris urbem / deformata / labefactata / ac prope  
obsoleta facta sunt loca oīa / & in solitudinē redacta intercisis aquę/  
dustibus / interceptisq; aquis, in hāc planicie / quę iacet inter mōtes /  
& tiberim. i. in Martiū Campū / ubi nūc Roma est / ppter fluminis  
cōmoditatēm descensum est: abolita illa ueteri / Haruspicū discipli-  
na; ac supestitione / de habitanda planicie martii campi / ubi milites  
antea recenbāt, & Comitia siebāt. Erant enim iam tum oēs effecti

Bubalorum  
usus rarus  
ap̄queteres  
nil inspecta  
culis.

**LIBER V. Ecclesiæ celebriores nouæ urbis fol. XCVIII**

christiani/sed mutata tantum religione ueteres ferme ritus o  s , ac Ceremoni   rem  ser  t, erat enim difficile illas tollere:ac penitus abo lere. Condita sunt noua Christi templa/aut ex ueteribus innouata. Nam clausis paganor   fanis edictum est licere omnibus t  pla Chri sto excitare/& colere: Imperante t  c clem  tissimo Constantino ma gno Qui fatus Siluestri tunc pap   sanctitate templo Christo in to to ro.orbe a  dificari permisit: unde intra paucos annos templo sine numero condita sunt. fuerunt autem in urbe in illa prim  ua Eccles ia Christi t  pla supra tria milia: Ex quibus quadring  ta diu   Ma ri   uirginis deipar   dicata. Quorum extant hodie aliqua ueneran d   uctustatis;nam quicquid supra etatem nostram est/antiquum di ci potest. Ex quibus basilic  ;quae hodie dicuntur a Romanis Sept   ecclesi  . Quarum/prima basilica. S.Petri in uaticano. Pauli uia ostie si. Ioannis in Laterano. S.Crucis in Hierusalem. S.Laurentii extra muros. S.Mari   maioris ad praeceps qu   Ioannes patricius c  didit & a  dem. S.Sebastiani in uia appia/quam. S.Lucina extruxit, Cate r   a Constantino condit   & pauim  tat  :in quibus ubi sunt port   sanct  /in prioribns altaribus non celebrant nisi summi pontifices ro. Adduntur/& his/ueni   plenioris gratia aedes. S.Anastasii Scala coeli ad aquas Saulias:& proxima a  dis diu   uirginis Annuntiat  . Condidit pr  terea Constantinus Imp.Basilicam Marcellini/& Pe tri uia labicana, ubi Mausole   matris su   Helen   Sepulchrum ere xit. C  didit & Basilicam.xii.apostolor   in regione uiae lat  , nec de sunt q eam uelint a Pelagio primo/c  ditam/a Ioanne.iii.instaaurata nouissime uero a Syxto.iii.& Iulio.ii.eius fratri filio in meliorem formam una c   palatio restitut  . C  didit & Marcus primus a  dem S.Marcii Euangelist   ad palatinas C   meus frater. D.Ioannes sulz uius interrogaret me quid sibi uult ad palatinas.Respondi ex Cice rone pro Roscio c   inquit Ipse aut rom   c   frequ   esset occiditur ad balneas palatinas/redi  s a c  ena. Quam a  dem una c   palatio in staurauit ampliavitq; paulus + ii. qui etiam montis pincii m  enia instaurauit: nec absoluuit. Extat & Templu. S.Marcelli precibus di u   lucin   c  ditu iuxta uia lat  ,ubi ipse pont. stabulo seruiens equo r   iusu Diocletiani Imp.pedore/ac m  tore animi ibi consumptus periit. Surgit & iuxta e  d   uia lat   a  dis. S.mari   eiusdem nominis ab Innocentio.yiii.nuperime instaurata/ubi adhuc profunda tellure

T  pla Chri sti i urbe su pra tria mi basilica.s.pe tri in uatica no.  
Basilica . S. pauli uia ostie  .  
S.Io  nis in Laterano.  
S.crucis in hierusalem.  
S.Laurentii extra muros  
S.mari   mai oris. in ex quiliis.  
a  dis. S. Se bastiani uia appia.  
a  dis.s. Ana stasii ad aq  s Saulias vbi & scala c  di Aedis.s. mar ri   anunciat   Basilica . S. marcellini & petri uia labicana.  
Basilica.xii. apostolor   a  dis.s. mar ci euangeli st   ad palati uas.  
Templu.S. Marcelli a  dis.s. Ma ri   i via lat

# A N T I Q V I T A T V M

**I**magine sedi  
uę virginis  
a Sctā luca  
Euāgelista  
depictæ.

**T**emplū . f.  
au rētii in  
Lucina.  
ædis. f. Ma-  
rię de popu-  
lo.

**T**emplū . f.  
Augustini .  
Ecclesia. f.  
Apollinaris  
ædis. f. Ma-  
rię supra  
mineruā  
Pantheon  
Agrippæ.  
ædis. f. Eu-  
stachii.

**T**emplū . S.  
Ludouicicū  
Sacello. f. sal-  
uatoris in  
thermis.

Sepulchrū  
Hadriani.  
vi.

Enckeuoirt  
Templū . S.  
Iacobi apo-  
stoli  
Ecclesia . S.  
marię de pa-  
ce.

**T**emplū . S.  
Laurentii in  
damaso.  
Ecclesia . S.  
Saluatoris  
de Lauro.

extat oratorium ( ut creditur ) diui pauli apostoli , ut tradunt diuū Lucā Euangelistā apostolorū actus scripsisse ; nā satis cōstat eos ( ut diuus Hieronymus ait ) Romę peregisse . Et imaginē illā quę hodie uisit in eo tēplo / ex propria eiusdē diuę virginis idea effigiera de- pinxisse . Extant & alię diuersis in locis imagines eiusdē diuę virgi- nis ab eodē pictore / ut fertur / depictæ . Vna in . S. Maria de Populo / una in Basilica . S. marię maioris / una in ara celi / una in . S. maria no- ua / una in . S. maria gratiarū / una in . S. Syxto ; una extra urbē ad cry- tam ferratā . Vna florētię , & altera bononię : una uenetiis & alia ( ut creditur ) Spoleti . Et in regione nūc campi Martii apud Arcū Tro- pholi Templū . S. Lauīetii in Lucina . S. Lucinę rogatu a Cēlestino ii . extuctū . Et iuxta portā populi ædis . S. Marię eiusdē nominis a Sixto . iii . nuperime instaurata / ac in meliorem formā redacta . Itē S. Augustini ædis cū cœnobio a . R. D. Vilielmo Car. rothomagensi a fundamētis instaurata / cum proximo . S. Apollinaris palatio / ubi ipse habitabat . Item . S. Marię supra mineruā a bona memoria . R. D. I. o. Car. de turre cremata a fundamētis restitutam . Extat & proxi- mū pantheon de quo satis supradictū est . Item . S. Eustachii ædis iuxta Thermas netonianas . Vbi & templū . S. Ludouici / & Sacellū S. Saluatoris adiuo Gregorio magno dedicatū . Et iuxta Cītcū Ago- nis Templū . S. Iacobi apostoli ab Alfonso paradinas Hispano epi- scopo Ciuitatensi nuperime a fundamentis erectum . Item ab alte- ro Agonis latere ædis . S. Marię de anima a natione Theutonica a fundamētis dudū instaurata / ac in meliorē formā redacta ubi mar- more cōspicuū Hadriani . vi . sepulchrū Vilhelmus Encken . Voirt illius benigni iate Tit. S. I. o. & Pauli Presb. Car. Dertuseñ . faciūdū curauit . Cui cōtigua surgit ecclia . S. marię de Pace a Syxto . 4 . i tēplo prius . f. Andreę appli excitata abi nūc sūt Canonici regulares ex col- legio Lateranensi qui quotidie celebrant . Itē & apud Theatrū olīm Pompei in loco nūc celeberrimo urbis loco Templū cū palatio . S. Laurētii in Damaso . Quā Damasus natiōe Hisp. cōdidit . Cuius ædi- ficia magnifice a fundamētis nuperime instaurata ampliavit exor- nauitq. R. D. Rafael Riarus . f. Georgii Car. S. R. E. Camer ep̄sost . Visitur & i regiōe nūc pótis Ecclia . f. Saluatoris de Lauro iuxta mó- te lordanū a fundamētis una cū cœnobio excitata a . R. D. latino Car. Vrsino Surgit & ieadē regiōe iuxta pótē Castelli q̄dis . f. Celsi / cœpta

LIBER V. De Ecclesiis nouæ urbis fol. XCVIII

nuper instaurati nec dum absoluti. Sicut & in proxima ripa tiberis. S. Ioannis Baptistæ magno studio inchoata/nec perfecta. Haud longe hinc extabat nuper. S. Blasii templū ubi Iulii. ii. auspiciis ex citata apparent nunc fundamēta mirę magnitudinis ubi & paruū Sacellum cum grandi prætorio; quod omnibus curiis dedicauerat iuxta uiam quā ipse excitauit. Et templū. S. Luciæ nuperrime a prezidentibus uen. sodalitatis cōfalonis instaurata&/magnifice exornatę. Itē iuxta cutiā Sabellorū ædis. S. Tomæ anglicorū &. S. Hieronymi unde nuper eliminatis fratribus. S. Francisci excitatū & cōstitutū est ibi Collegiū sub titulo Caritatis. Extat & aliæ ecclesiæ collegiatę & parechię/ac sine numero loca in urbe sacra de quibus satis supradictū est; sed longū esset singula prosequi sacra loca/tēpla/Cœnobia/Collegia/Xenodochia;&cetera id genus. Extat hodie ex antiquis tēpla Christo dicata Pántheon/louis ultoris ante/nūc. S. maria rotundę templū. Itē Romuli cōditoris urbis/iuxta uīā sacrā ac forū/nūc. S. Cosmæ/& Damiani martyrum. Et in foro boario templū olim pudicitiæ/nūc. S. Mariæ egyptiacę. Item p̄xima/parua/ac rotūda ædis olim Herculis/nūc. S. Stephani protom. Alterā in celio lio mōte rotūda sed multo maior; fauno Capripedi ante dicata;nūc sub titulo. S. Stephani fotūdi. unū extra urbē in suburbano uīā non mentanæ; baccho prius nūc. S. Cōstatiæ uirgini iuxta ædē. S. Agnetis in qua sunt portæ eneę; sicut in laterano tribus in locis iuxta Sancta sanctorum. Item in. S. Cosma/& Damiano. Item in proximo. S. Hadriano. In pantheo. Sancto Petro/&. S. Paulo. Extat & uasa marmorca siue labra in atrio & platea. S. Petri ante. S. Saluatorē de Lauro. Ante. S. Eustachiū/ante Pantheon;a tergo. S. Marci/ante. S. Peterum ad uinacula;& in templis nōnulla ubi corpora requiescūt Sanctorum. Item marmorei Calices:ante. S. mariam maiorem:ante. S. apostolos/ante. S. Céciliam trāstiberim. Plurimaq; per totam urbē marmorea signa in diuersas rerum formas effigiata; quę longū esset singula memorare; quę sunt in locis publicis/& priuatis nobilium qđib; sed nec silentio pr̄teribo marmoreas statuas aurea argétea/æreaq; nomismata quę hodie sunt apud. R. D. Andream Card. de ualle / qui non parcit precio; huiusmodi rerum. Nam is unicus est nunc qui majorum uetera monimenta diligenter curat.

ædis. S. Io. i ripatiberis

Templū. S. Blasii cū magna pr̄torio.

Templū. S. Luciæ.

ædis. S. Thomas Mar.

ædis. S. Hieronymi.

# A N T I Q V I T A T V M

## Antiquitatum Anacephaleosis.

**A**bsolutis iam Vrbis Antiquitatibus. Placuit per transitū aliquid de eius cōditoribus carpī attingere. Regnauerūt in urbe primū reges Septem. Quorum primus Romulus urbis conditor: Solus omnium sine cognomento; ac sine liberis deceſſit. Nā Romani poſtea a Sabinis cognomina acceperunt. Qui regnauit annos. xxxvii. Secūdus Numa Pōpilius: q regnanit añ. xlivi. Tertius Tullus Hoſtilius: q regnauit añ. xxxii. Quartus Ancus Marcius, qni regnauit añ. xxviii. Quintus Tarquinius Priscus: qui regnauit añ. xxxviii. Sextus Seruius Tullius qui regnauit añ. xlvi. Septimus & ultimus Tarquinus superbus ob iustitiae contēptum, & prisci diſſerentiam ita appellatus: qui regnauit añ. xxv. Regnatū est autē sub Regib⁹ añ. ccxliv. post electos reges creati cōſules duo. L. Iunius brutus, & Tarquinius Collatinus. Nam brutus libertatem; & consulatum p̄m̄s instituit. Regnatū est sub consulibus abruto usq; ad Hircium, & pansam añ. ccclvii. Consules uero numerātur. D. CCC. Subrogati in hoc spatio dictatores, &. x. uiri qui leges ferrent: Et Tribuni militares consulari p̄tate. Quinq; autem annis Vrbs fuit sine sella curuli. Regnatū est poſtea sub Imperatorib⁹ ab Augusto Cæs. usq; ad obitum Iouiniani añ. ccccix. Inde ab inclinatione Imperii Ro. Regnatū est sub Pōtificib⁹ Max. Ro. Mille prope añ. poſtq Ecclesia regnare cœpit. Quæ coeteros principes ante se regnando diutius superauit. Numerantur autē Pont. Max. ab apostolo Petro usq; ad Clemētē. vii. ccxxvii. Vrbs ipsa diuisa in regiones. xiiii. Montes ubi prius condita fuit vii. Campi totidem. Portæ circiter. xx. Capitolia duo. Theatrica. Amphitheatra duo. Senatula tria Colossi duo magni. Colūnae Cochlidē duæ. Obelisci magni. vi. parui. xlvi. Statuæ. Signa, & Tabulæ ſine numero. Equi ænei inaurati. xxviii. Eburnei. xciiii. Macella duo. Ludi. v. Naumachia. v. Iani duo præcipui. Nymphaea. xi. Cohortes prætoriæ. x. Cohortes uigilum. vi. Excubitoria. xxviii. Vexilla duo cōmunia. Arcus marmorei. xxxviii. Vici ſine numero Aediculæ. cccxi. Vicomagistri. D. cxxii. Curatores. xxix. Insulæ per totam urbem ſine numero. Domus etiam ſine numero Horrea. ccxci. Balnea. D. ccclyi. Lacus.

C. Putei ccclii. Officiis pistoriæ .ccliisi. Mense oleariæ .xiiii. mil. iis  
 Lupanaria .xlv. latrinæ publicæ xlisi. Castra .viii. Castra Equitū sin-  
 gularium .ii. stabula factionum .iisi. Tribus ut scribit Cicero .xxxvi.  
 Quas Plutarchus Sabinarū raptaræ noia fuisse tradit. Alii uero aliis  
 de causis. Visebatur nuper marmor iuxta. S. Ioannem de Pinea cum  
 inscriptione huiusmodi. Imp. Cæs. diui Neruæ Traiano Aug. Ger-  
 manico Dacico Pont. Max. Trib. Pot. VI. Imp. Cos. V. PP. Tribus  
 XXXV. Quod liberalitate optimi principis Cōmoda eorum etiam  
 locorum adiectione amplificauit.

De Marmorū generibus quibus urbs decorata est.

¶ Aedificia magna urbis apud ueteres tam publica / q̄ priuata pro  
 maiori parte ex magnis quadratisq; saxis fundabatur: ut etiā hodie  
 uestigia apparēt: ut extorta moles solidior esset. Ferreis clauiculis  
 opere inter se cōnexo sine calce: erectus ad auras paries libralibus ce-  
 mentis/æquali portione calcis & lapidū struebatur: a fronte nō nūq;  
 reticulato opere/sive lateritio superinducto tectorio/albario ue/sive  
 gypso nōnūq; marmoreis incrustatiōibus: aut æneis laminulis in au-  
 ratis. Cōcameratio laqueata: uitro plūbo gypso/aut cupro/Encausto  
 ue aut musiuo exornata. Lithostrota uero ex chrysocolla/uitro/la-  
 pillisq; aut tessellato empligate/diuersarūq; rerū simulacris effigia-  
 ta pingebantur. Quid opus memorare magnificas uillas. Pauimēra  
 marmorea/laqueata tecta/ductus aquarū/ quos nilos/ & Euripos uo-  
 cat. Marmorū genera extenorū plura sunt. Cādīdū ex paro insula  
 cui simile est lunense. Aliud uiride laconicum/cūctis Hilarius. Ru-  
 brum punctis albis distinctū porphyrites/Cruentū Synadicū extro-  
 ade/maculosum Thasiū/& Chiū: uariū caristeum nigrū lucilleū.  
 ferrei coloris & duritiei bassaltes. Ophites maculis serpētis. Onychi-  
 tes ex arabiq; montibus: ad uasa excananda. Alabastrites ad unguen-  
 ta cōseruanda/sunt & alia trāslucida ut phengites. Quę in Italia na-  
 scuntur satis nota. Sunt & alia quę breuitatis causa omitto.

¶ De Inclinatione & mutatiōe Imperii & urbis excidio.

¶ Post reges exactos/prmū a porseña rege Vrbs obsessa: Sed nō cas-  
 pta: moxa Gallis præter arcem capitolinam/capta/direptaq; & incē-  
 sa. Deinde Cīilibus/intestinisq; bellis saepius attrita/& crebris in-  
 cendiis absumpta/prope euera est penitus/cum altissima/ac interse-  
 cōigua;nullo ferme / aut paruo relicto spatio/ essent aedificia : ubi

## ANTIQUITATVM

plures usq; ad culmen tectorū contignationcs extabulatis supra  
Coenacula assurgerent, Vnde crebra ad incendium fomenta. Vitru  
uius ita tradit, Quod maiestati urbis, & ciuium infinita frequentia,  
innumerabiles habitationes opus fuit explicare in urbe. Ergo cum  
areæ complanatae non possent tantam altitudinem ad habitandum  
in urbe recipere ad auxilium altitudinis ædificiorū res ipsa cœgit  
deuenire. Itaq; pilis lapideis structuris testaceis/parietibus cemen-  
tariis extentæ contignationibus Coassatae Cænaculorum ad sumas  
utilitates perficiebant despectationes. Ergo contignationibus alto  
spatio multiplicatis Populus Ro.egregias habuit habitationes Octa  
uianus Augustus qui semper rebus urbis consulere studuit præse-  
ctos uigilum, & custodes (quod officium ante erat triū virorum) di-  
uersis in locis disposuit, institutis ex libertinorū numero militibus  
qui a duersis incendia ferrent opem, & contra nouorum ædificiorū  
altitudines, ne quis supra pedes. lxx. sublimius ædificaret i publica-  
rum uicinitate uiarum. Urbemq; pro maiestate Imperii ornatam, &  
inundationibus, incendiisq; obnoxiam excoluit, ædesq; sacras uetu-  
state collapsas, aut incendio adsumptas refecit. Easq; & ceteras opu-  
lentissimis muneribus adornauit, adeo ut iure sit gloriatus marmo-  
ream se relinquere/quām lateritiam accepisset. Post Augustū/Impe-  
rium ro. in præceps ire cepit/illud bonis restituentibus, Vespasiano  
Traiano, & paucis admodum quibusdam aliis. Nam monarchia in  
tyrānidē ut plurimū uertitur, Verūtamen translatio Imperii in Cō-  
stantinopoli potissima fertur malorum causa, & ruinæ urbis, Quā-  
uis Neto princeps/ multo antea offensus Flexibus uiarum de indu-  
stria urbem incendi iussit/prior causa efficacior est. Seditionū aūc  
exordium delera Carthago peperit/propter nimiam felicitatem or-  
ta sunt bella ciuilia, Quę enim res alia intestinos furores peperit/q  
nimia felicitas: nam mortales indelitiis elanguentes/recte/an perpe-  
ram quid agant non considerant. Vnde nimia ex hostibus securitas  
& tranquillitas & opum affluentia excitauit animos ad seditiones/  
& odium Vnde etiā ab hostibus obiectū/discordia intestina dissol-  
ui rem. ro. posse, æternas opes esse romanas, nisi insemet ipsi sedi-  
tiōibus sequiant. Sed duobus præcipue diuersis uitiis corrupta urbs/  
avaritia/& luxuria/quę pestes omnia magna Imperia euerterunt.  
Iuuenalis, Sequor armis luxuria incubuit/uictūq; ulciscitur orbem.

Donec labente veteri disciplina, Rēq; magis, magisq; in lapsu  
prona: tum dem. in præceps acta, nec quicq; autē indolis, ac  
prudentiæ redolentes, cum iam defluxis, profligatisq; moribus &  
euerso, & conculcato qmni iure diuino, & humano, antiquatitatisq;  
sanctis legibus: omnia in præceps ire cæperunt, & tam perditæ,  
ac velut solutæ legibus luxuriæ, & ad perdendam pecuniam proni  
vt nihil memorie haberent prioris vitæ a veteribus traditæ. Vnde  
plinius didicit inquit homo naturā prouocare, & nos fecimus que  
posteri fabulosa arbitrabuntur. Inuenimus & carrucas argento cę  
latas. Cæsar dictator in ædilitate, omni apparatu scenæ, argento  
vſus est. Quod mox & in municipiis factitatum est. primus omnium  
Catulus Capitolium dedicatus, linteis i theatro vmbram fecit.  
Nero princeps Theatrum pompei in sano opere, auro, in vnum  
diem operuit. Ludorum vero apparatus aureus, vel argēteus; vel  
Eburneus fuit, Messala orator prodidit. M. Antonium triumvirū  
aureis vsum vasis in omnibus obsecænis ministeriis. Omitto mens  
sarum apparatus, & xſopī patinam. Neronis, & aliorum Luxurio  
ſiſſimas crenas, & spurcos concribitus: in ipſo autem ingressu dos  
motum aurei. argenteiq; postes, Intus parietes. paumenta varie  
tate marmorum in picturæ modum distinctæ. Colunæ ad ornatū  
positæ nihil sustinentes, in intercoluniis laquearia. Multum vbiq;  
ſignorum. Mansiones in domibus pro diuersitate temporum acco  
modatæ, diuersæ etiam, vt ciborum varietas postulabat. Nanq;  
alia ad alios cibos, vt apri comedēdis. Alia fasianis apta, & addi  
cta erat. Ipsæq; villa spatio, & numero mansionum sumptu.  
Thricliniorum, & cæterorum ædificiorum asianas vrbes superat.  
In piscinis non plumbei, vt antea, sed argētei canales aquas effun  
dunt. Ipsæq; piscinæ thasio marmore circundatae. Tres tantum  
modo ciues in magnis opibus moderati fuerunt. C. Marius, Cn.  
pompeius, & C. Cæsar. Vateres autem si qua magnificentia sunt  
vſi, ea vtebantur in templis, & sacrificiis, & ornamentis sacerdotū.  
Quo tempore, & vasa aurea: & argentea non nisi in templis erant,  
& ex solido auro Coronæ, & argenti lebetes. In domibus ciuium  
ſicilia tantummodo, & pocula ex fago, & ne singula in tempestive  
nūc persequar, cum tot alios Ro. generis intuear memorabiles du-

## A N T I Q V I T A T V M

ces, hoc semper duplici studio floruisse, uel defendendi uel colendi, q̄ sitos ue fines, intelligo luxuria, deliciis n̄is pristinū morē, ui rilēq; uitam displicuisse. Omnes enim ( sicut. M. Varro temporibus auorum cōquestus est ) patres familias falce: & aratro, relictis intra murū correpsimus: & in Circis potius & Theatris, q̄ in segetibus, & uinetis manus mouemus. attouitiq; miramur gestus effeminatorū, qui a natura sexum denegatū muliebri motu mentiantur, decipiātq; oculos spectantiū. Veniamus ad Ganeas, quotidianā cruditatē Laconicis ex quoquimus, & exusto sudore, sitem q̄rimus, noctesq; libidinibus, & ebrietatibus, dies Ludo, uel sonno cōsumimus, ac nos metip̄si ducimus fortunatos. q̄ nec orientē solē, nec occidentē uidimus. At illa uera Romuli proles assiduis uenatibus, nec minus agrestibus opibus excitata firmissimis eualluit corporibus, ac militiā bellī, cū res postulauit, facile constituit durata pacis laboribus. Veniamus iā ad mulieres, de quarū intē perie ita Pli. Lib. ix. Affectant inquit pauperes lictorem fāminę in publicum Vnionem esse dictantes, Quin & pedibūs, nec crepidarum tantum Obstragulis, sed totis Socculis addūt, Neq; caim gestare iam margaritas, nisi calcet, ac per vniōnes etiam ambulant satis est. Glōria erat mulierum binos, aut ternos uniones auribus suspendere, Vnde Propertius. Matrona incedit census insiduta nepotum, Et spolia opprobrii nostra per ora trahit. hæc omnia post Carthaginem deletam Valerius max. ita inquit. Vrbi autem secundi belli punici finis licentioris uitæ fiduciam dedit, quo tempore Matrone ut abrogaretur lex oppia cōtra eas lata, q̄ his ne ueste uarii coloris uti, nec auri plus semiuncia, nec iunctio ueniculo proprius mille passibus, nisi sacrificii gratia uehi permittebat, q̄ si animos muliebris apparatus intueri potuissent, quibus quotidie aliquid nouitatis sumptuosius adiectum est, in ipso insitroitu ruenti luxuriæ obstitissent, antea uero obsidente urbē Poeno milite, castæ erant: Vnde Iuuenal is Pr̄estabat castas humilis fortuna latinas, & uellere tusco uexatæ, duræq; manus, Nunc uero luxu, & inertia diffatuū, vt ne lanificiis quidem curā suscipere dignentur, Sed domi confertæ uestes fastidio sint, peruersaq; cuipidine maxime placeant, Quæ grandi pecunia: & totis pene cenisibus redimuntur. Abolito iam illo Sabinarū, & Romanarū ueteri

more /afflictataq; urbe continuis bellis . Nam ab. V. C. usq; ad hæc  
tempora Romanis bello occupatis uix unq; ad recipiendum spiritu-  
tum breuis requies dabatur /peracto uno /statim alterum /insurge-  
bat bellū . Nouissime Vandali ex africa acciti Genserico duce / ho-  
stili manu urbem ingressi diripiunt /neq; incendunt, Templa tñ /&  
sacraria spoliant , Abeuntes post xliii. die post urbem captam cum  
ingenti captiuorū numero in africam reuertūtur . Belisarius patri-  
cius Vandalorum gentem /capto eorum rege Gelismero /usq; ad in-  
ternitionem deleuit , Postremo Totilas rex Gothorum /qui dei fla-  
gellum dictus est /post euersam Italiam urbē ro. solo æquauit /pro-  
ditione Isaurorū militum /nā quatuor Isaurici milites in obsidione  
urbis de ea prodenda consiliū iniuerunt , Hi enim custodiam habe-  
bant ad asinariam portam / Totilam adeūtes prodere sibi urbē pol-  
lificantur , Totilas quosdam e suis per funem ascendere permisit ; ipse  
cum exercitu sequutus nō procul a porta cōstitit missi a Totila ( ut  
compositum erat ab Isauricis ) recepti mœnibus /mox intra urbem  
ad portam descendentes /securibus freti portam aperuerūt : ingressi  
portam imperio potiti sunt . nec eo cōtentī , bona diripiūt /mœnia /  
magna ex parte æquant /uix templis temperatum est . Incolas om-  
nes cuiusq; gradus ab urbe abire iubet : ducturus alio Coloniam /  
Multitudo omnis in propinquas urbēs se recipit / Senatum /& pri-  
mores Ciuitatis penes se obsidum loco habuit . Sine habitatoribus  
urbs mansit in solidudine diebus . xl. Instaurata post urbs a belisa-  
rio /resartisq; mœnibus /iterū per Isaurios prodita est /facta irruptio-  
ne per portā ostiēsem . Primo quidē ingressu hostiliter omnia igni /  
ferroq; diripiens . Postea uero amice / ac placide oia euersa instaura-  
turum se pollicetur . Decreuerat enim primo impetu Romam ad so-  
lum æquare : Excellentioraq; ædificia incendio absumere / & urbē  
ipsam tot ætatum opus / in ouiu pascua redigere . Re itaq; ipsa co-  
gnita Iustinianus Imp. Const. statim Narsetem Eunuchum in Ita-  
liam mittit . Is igitur auxiliaribus copiis ab Albuino Longobardo-  
rum rege acceptis Goths aggreditur /persequitur /& Totilas male  
pugnans occiditur / Inquit tandem & genus / & regnum Gothorū  
defecit . Nemo unq; irruit in urbē ro. qui postea non dederit penas .  
Nam sepius ea capta direpta / & incensa semper magnifice instaura-  
ta est . Nec tot ruinis / incendiis / Barbaricisq; direptionibus totica-

## ANTIQUITATVM

afflicta extingui potuit. Primuma Gallis senonibus præter Capitolum capta/direpta/& incensa est, anno q̄ condita fuerat circiter CCCXL, iam deniq̄ omniū gentium uitrix / diuq̄ rerum potita æ Gothis( ut aiunt ) Alarico duce iterum capta / ac direpta/& incēsa. Nec multo post ab Athaulfo/qui Alarico successit ad prædam reperita/pariq̄ clade deformata funditus excisa interiislet / nisi mulierculæ precibus in suo esset uestigio retēta. Secuti inde Vandali / qui Genserici ductu eam diripuerunt. Mox Odoacer & ipse barbarus eam tyrānice occupauit. Quo sublatō Theodoricus Ostrogothorū rex plures annos eandem cum tota Italia retinuit. Recepta inde a belisario est, bisq̄ obsidione fatigata/inedia/& fame propemodum enecta : demum sub Totila miserabile passa est excidium. Interfuerūt autem'a Senonico bello ad uisigothorum tempora anni circiter DCCC. a Visigothis ad Vandalos. XLIII. a Vandalis ad Odoacrem / & Herulorū regnum anni . XVIII . ab his ad Ostrogothos & Theodoricū. xiii. ab Ostrogothis/ad belisarium/qui romam ab eis recepit anni. L. hinc ad excidium / quod sub Totila passa est an. xii. Ac toties tam breui spatio domitrix illa humani generis , arxq̄ omnium gétium. Roma Ludibrio fuit barbaris. Sed ipsa demum omnium uitrix.

**CANDREE FVLVII ANTIQVARII RO.**  
 de laudibus urbis Oratio.  
 Ad Quirites.



Rbem Romam Quirites terrarum deam /gētiū  
 reginam Deorū domicilium/magistrā morū  
 cōmunēq; omnium patriam sine cōtroversia pri-  
 mam cunctarum urbium quis ignorat? Maius  
 enim roma nihil unq; fuisse omniū testimonio  
 iam pridem in confessō est. Ita diuina mens Ci-  
 uitatem Populi ro. egregiam / tēperataq; regio-  
 ne collocauit/ut orbis terrarū imperio potiretur + Cū rerum natura  
 uires omnes in unā urbem ostendere uoluerit / Cum quis campum  
 martiū inspexerit, sepulchrū Augusti:tot marmoreis simulacris ; &  
 æris ornatū forū ro. & Louis tarpei delubrū; Thermas; Porticus i p-  
 uinciax modū extructas; Amphitheatrū tyburtino lapide exædifica-  
 tū/tātæ altitudinis ut ad culmē uix hūanus oculus ptingere possit.  
 Pantheon mira altitudine spatiōsis molibus forniciatū; T cīplū pa-  
 cis; Pompei Theatrū / Circū max. Septizoniū: Tot arcus triūpha-  
 les; tot aquæductus; tot statuas p ūrbē ad ornatū positas . Si ingre-  
 diaris forū/aliud ex alio uidebis appositum . Quis regales porticus  
 ædesq; sacras / Quis Capitoliū, & in ipso, & in palatio opera : & in  
 liuiæ porticu; Quæ singula contemplans alia facile obliuione dele-  
 bis. Talis est Roma , Cuius primi muri luto / ac palis defixis / tam  
 humiles erant / ut eos Remus leuisaltu transiliuerit. Hæc tua mo-  
 numēta parēs Romule Hæc illa æterna urbs terrarū regina/& dea  
 gentiū Roma . Cui par est nihil , & nihil secundū : quæ undiq; de  
 uicto ingyrum Paulo minus orbe terrarū aduectos sine fine triūm-  
 phos recepit : Innumerabiliū coloniarū sub cælo parēs : Sed ciuili:  
 intestinoq; bello absumpta / terrarū omniū alūna / Eadēq; parens/  
 numine deū electa: Quæ cœlū ipsum clarius faceret: sparsa cōgrega-  
 ret iperia: ritusq; molliret: & populos discordes, ferasq; linguas ser/  
 moniscōmercio contraheret ad colloqnia, & humanitatēm hoibus  
 daret, breuiterq; una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret.  
 Cuuius monumenta quis probe cōsideret: plures in ea uictorias: &  
 triumphos: q; ānos a prima cōditione reperiet. Quos Maro heroica

## ANTIQUITATVM

maiestate in breuissimo ænæ scuto perstringēs satis probe comple  
xus est . fuit etiā ro . nominis comes semper fortuna , diiq; p̄stantes  
& beniuoli , Qui ne Capitoliū a Gallis caperetur , sopitis custodis  
bus , sacratā falli alitem nō permiserūt . Vnde Cicero in oratiōe ad  
Quirites , Dii , deæq; immortales , qui excellenti tumulo Ciuitatis  
sedē Capitolii in saxo incolitis cōstitutā , ubi tot reges , tot duces ,  
tanta uirorū spectata est indeoles , merito dii , hominesq; cōsenserūt  
urbem his locis statuendā , ubi saluberrimi colles , ager feracissimus  
flumen ad res uehendas idoneū , situs ab externæ classis periculo  
immunis , Vrbs media Italia & ob id ad rerū incremēta habilior ,  
ubi ex uno orbe , deorū uumine facta est una urbs , Nulla enim (ut  
ait Plato ) pōt Ciuitas sine fauore numinis prospere cōstitui , nec  
feliciter administrari , Nulla p̄terea urbs tam mirabilis magnitus  
dine Imperii omnibus hūanæ naturæ dotibus uenerabilis , bonis  
exemplis dotissima . Eadēq; benignissima parés omniū quascūq;  
gentes , atq; terras ita muneribus propriis ditauit , ut tamen cæte  
ras nō inuniuersum similibus dotibus fraudaret , uni quidē omnia  
romæ tribuisse uidetur , in ea omnia sunt , quæ aut fortuna homini  
bus locisq; , aut natura largitur . Vnde propertius Omnia romanę  
cedant miracula terræ . Natura hic posuit quicquid ubiq; fuit . Est  
præterea quædā certa uox ro . generis , urbisq; propria , in qua nihil  
offendi : nihil displicere , nihil animaduerti possit , nihil sonare , aut  
olere peregrinum . Quid q; libertas cum animantiū generi gratissi  
ma nusq; tanta est , tū ingenuæ agendi , tū liberrime loquendi . Aliæ  
nationes seruitutem pati possunt , populo ro . est propria libertas ,  
Eo Tiberius Cæs . delatoribus respōdere solitus in libera ciuitate  
liberas esse oportere hominum lingnas . Nullibi præterea tam ma  
gnam urbem mortales uiderunt . Vnde Heliogabalus Impera  
tor metiri cupiens eius magnitudinem ioco Aranearum telas ,  
proposito prēmio corradi iussit , & . x . millibus pondo Aranca  
rum collectis magnitudinem eius hoc ludicro deprehendit . Ro  
manorum gens omniū mitissima , & Clemētissima habita est : apud  
quā unū suppliciū tantū , ante & post fuisse īmane , & barbarum in  
Metīū suffetiū Albanorū dīctatorē , Tullo hostilio rege auctore ,  
in aliis gloriari licet , nulli gētiū mitiores placuisse pœnas . Nullas  
urbes , ac natiōes oppugnauit , quas nō uicerit , nullos supplices ad  
se ueniētes populos . quos nō benigne suscepereit , nā cū legati Cār  
thaginēsiū ad captiuos redimēdos in urbē uenissent , nulla accepta

pecunia eos reddiderūi,tot punicis iniuriis ueniā data. Vnde ho-  
stiū uox talis reddita, Omnis centiā gentis ro. deorū benignitati  
æquādam , nā beneficiū qđ nūq̄ dedissemus, accepissemus. Nulla  
gens inquit Cicero q̄ nō aut ita subauēta sit ur uix extet, aut ita do-  
mita, ut gescat, aut ita pacata, ut uictoria nřa impioq; lētetur, tum  
gētes, quas antea, nullę litterę, nulla uox nulla fama notas fecerat  
ceteræ itē ptes, q̄ uel agētibus, uel inimicis huic imperio uel infidis  
uel incognitis imanibus, & barbaris tenebātur nřis armis denictæ  
parere coactæ sunt. Miliæs qnimmo armis insignes Roma statim  
habuit, & populū marte gentiū, ut terrigenas cū armis natū existi-  
mes. Vnde Pyrrhus de uirtute militū ro. Oq̄ facile ingt oibis impe-  
riū occupare, aut mihi romanis militibus, aut me regē Romanis.  
Hac uirtute maiores nři, primū uniuersā italiā deuicerūt, deiccps  
Carthaginē exciderūt, Numatiā euerterūt, potēissimos reges bel-  
licosissimas gētes indectionē huius impii redegerūt, Tot habuit  
triūphos, quot oræ sūt, partesq; terrarū, tot uictorias bellicas, quot  
sunt in rerū natura gñia bellorū. Illud uero sine dubitatiōe romanū  
fundauit iperiu, q; fundator huius urbis Romulus fēdere Sabino  
docuit et hostibus recipiēdis augeri Ciuitatē hāc oportere, Cuius  
auctoritate, & exēplo nūq̄ ē in remissa a maioribns nřis, largitio &  
comunicatio Ciuitatis, itaq; ex oibus gñibus gētes uniuersę i Ciui-  
tatē sunt receptæ. licet istitutū deinde fuit, neq; nostrū qlusq; unius  
Ciuitatis eē posset, neq; inuitus ciuitate mutetur, neue in Ciuitate  
maneat iuit, Vnde qdā Athenis nūero iudicūad sciti cū ignorarēt  
si illā ciuitotē eēnt adepti, hāc se pdidisse nisi postliminio recupe-  
rassent. Hic ē ille princeps terrarū, gētiū uictor, Domitor uniuersi,  
supra hūanā sortē potēissimus. Hāc ē illa roma, Regia urbiū mū  
di caput. Ingenioq; parēs, gētiū hospita, peregrinæ uirtuti semp pa-  
tens, Vbi ois repētina, atq; ex uirtute nobilitas ex Externis quoq;  
atq; ciuitate donatis. Cōstat. n. ex data nō minus prudēter q; libera  
liter ciuitate tā italis q̄ externis, & dū nullū fastidit gñs iquo uirtus  
elucesceret creuisse ipiū nō ppter gñis nobilitatē tm, sed ppter res  
egregie gestas, nulla orbis pte mō eēnt clari uiri repudiata, Nec ue-  
ro Asia hicab Europa dissīcta ē, sed oia oibus i medio posita sūt ne-  
mo cēsef peregrin⁹, mō si t ipio, aut fide dignus, sed stat cois terrarū  
status, Isq; popularis sub optimo impatore. atq; rectore, Oēsq;  
quasi in cōmune forū cōueniūt p suis quisq; meritis præmia rela-  
turi. Quod uero suis finibus, regibusq; ciuitas quæpiā est, id ipsum

## ANTIQVITATVM

est. Hęc uniuerso orbi quasi cōis urbs prouicię totius cōuenire. Por  
ro dixeris in unā hāc arcē cōiectos oēs hitatores. Quiq; pergētes, ac  
populos diuersa loca incolūt, hęc uero. nūq; ulli defuit, sed ut terræ  
solū fert oēs, ita & hęc ex uniuerso orbe cōfluētes oēs accipit. quasi  
mare flumina. Quin ēt hoc illic quoq; cum mari cōe est q; nec mare  
maius sit fluuiorū influxu, tāq; fato datū sit/ut una cū illis amplitu-  
dinē quoq; influētē recipiat: neq; i hac ob magnitudinē quicq; appa-  
ret, sed sicuti q; intra sinū recōdūt oia/ita & hāc oēs intra se cōplexa  
est, Quippe ultro/citroq; meātibus eadē est/eadēq; uisitatur. Nulla  
urbs tā tenue habuit principiū/nec ad tā magna rerū fastigia ita ma-  
ture puenit, Cui ab exordio tam simplex uitæ cultus fuit /ut trudi ce-  
mento cōstratas domos/& scādulīs roboreis/ac stramētis cōiectā nr̄  
bē p annos,cccc, usq; ad Pyrrhi bellū fuisse satis cōstat/& totidē pro  
pe annos pulte pro pane usos. Post deuictū orbē deliciis rerū oīum  
quas tellus/mareq; gignit expleuisse aimū. Vrbs tota passim culta  
ac frequēs / agro ad iruges/ad pascua/ad uites gignēdas uberrimo:  
Siluis ad lignandū, & materiā suppeditandā abunde sufficiētibus,  
ubi téperies Aeris perq; lāta, & cōmoda; niuoluptatū intēperētia mā-  
le audiret; Herbesi saltus amoenæ ualles/Aquarū affluēs tellus, Ver  
ubippetuū/atq; alienis mēsibus æstas + Solo semper tepido, nūq; co-  
lono repugnāti; ubi greges/& armēta & altilia quæq; optimē proue-  
niūt/ubi auiū aucupia/& ferarū uenationes accommodatissime. Sed  
multo hoīum prestatiōra ingenia semp̄ progenuit q; reliquus orbis  
terrā. Gentiū. n. in toto orbe p̄stātissima haud dubie Romana ex-  
tit. Omitto gñis nobilitatē a Troianis usq; prius, deinde ab Albanis  
regibus deductā, Qux nā patria (ut uerū fateamur) Post natos ho-  
mines/tot genuit p̄clarissimos in oī uirtute uiros Curios, fabritios,  
Camillos, Catones, Scipiones, Decios, Marcellos, atq; alios quos lō-  
gū eēt recēslere. Regibus certe maximis p̄statiōres, quoniā regibus  
imperabāt unde nō imerito Cyneas Pyrrhi regis legatus fassus est  
tot se reges uidisse / quot ciues/T radunt Cornelīa Scipionis filiam  
Post mortē graechi, cū ab Ptholomeo ægyptorū rege in uxorē pete-  
re tur/p̄ nuptias suas minime mereri uideret respuisse. Præterea oia  
regna i toto orbe/pter ro. Imperiū/aut brcuiter durauerūt/aut modi-  
ca/aut fabulosa fuerūt/unū tantū dictū imperiū/& illud romanum  
qd̄ romē usurpatū primū sub cæsare dict. amplissimū/ac diuturnū  
locupletissimo ēt Maronis testimonio cū inq; iperiū sine fine dedi.

Nullum enim ab exordio ferme minus / neq; in clementis toto orbe  
amplius / ab Romblo Rheæ virginis uestalis / & Martis filio exor-  
dium habuit. Nullaque respu. maior, nec sanctior, nec bonis exem-  
plis ditior. Quæ omnium genere mirificorum exemplorum totum  
orbem repleuit, militarisq; disciplinæ / & seueritatis / & uirtutum  
omnium specimen. Nulos homines benignius inter se uiuere q;  
romanos, nullum regem romanis parem, Nihil esse / quod homi-  
num manu / & opibus ro. Imperii effici nō posset. Satis cōstat origi-  
ni romanæ & deos adfuisse, & nō de futurā uirtutē. Nullū uero re-  
gnū tam repete auctum / q; Alexādri magni / qui prius sibi uisus est  
comparare Imperiū / q; regnasce, quia nullas dedit leges / nulla cō-  
stituit militibus stipendia, sed tantum regiones discurrit / nec re-  
gnū stabiliuit, dicere solitus longe præstantius litteris antecede-  
re / q; Imperio / ac magis amari / q; timeri. Cæsar autem contra. Ode-  
rint dum metuant. Populus ro. gentiū princeps ob magnitudinem  
rerū gestarū, & imperiū diuturnitatē cæteros principatus antecel-  
luit / terra / mariq; imperium terminauit, quo nihil in orbe cele-  
brius, nihil ipsa urbe uobilius / ubi tot præclaræ ingenia / tot præ-  
stantissimi duces / tā strenui milites, tam præclare res gestæ, Nuſq;  
tanta ædificandi facultas, nuſq; tot regia ædificia, tot loca facta.  
Templa, Bafilicæ / sacella / tot foræ / tot aquæ ductus / Circi, Thea-  
tra / foræ / tot operosi supra tiberim pôtes, tot antiquitatū uestigia / tot  
Iudeæ gñia / tantus mortaliū cōcursus, & populi frequētia / nuſq; tot  
opæ, tot delitiæ, & rerū oīum q; ubiq; pcreatur, abūdantia, & immo-  
derati ad magnificentiā sumptus. Spectaculorū oīs gñis decor / &  
Indorū nūerus infinitus. Interrogatus qdā sapiēs qd de urbe senti-  
ret respōdisse fettur Microcosmon. i. paruū mūdū. Libanius græ-  
cus hō Romā inq; nō urbē sed quasi quādā cœli partē appellatam.  
Quā Seneca nō inscite pætates hoīum distinxit. Aurea ætas populi  
ro sic fuit dicta, q; posterioribus seculis cōparata / æcq; atq; autū inter  
metalla effulsit. Cæterū cū late patcat imperium ro. nihil admiræ  
tione magis dignum / q; regnandi diuturnitas. Nullum regnū tā  
repentinum, nulla resp. tam ingens, nullū imperium tam amplū  
nulla monarchia tam potens, nullus tam perénis uictor/nā uetus  
prouerbium est Romanus sedendo uincit. Constat enim furto ha-  
stes in paucis esse lætatos / uera autem uirtute semper Romanos

## ANTIQUITATVM

extitisse uictores, Tum uero noistro + maiestas facile declarat quæ felicibus auspiciis, letissimis rerum successibus aucta uiris clarissimis instructa / quorum uirtute / & consiliis ad amplissimum fastigium legibus / & institutis / & deum pietate illustrata, Nec me præterit ante Romanorum tēpora nō fuisse imperandi scientiā / quæ si fuisset, apud græcos nimirum fuisset. Qui ceteros haud dubie sapientia longe antecessere. Ethoc romanorū inuentum, una cū aliis introductū + Ex romanorū enim disciplina omnes norunt/q sciunt imperare, ut liberi ab initio / & quasi ad imperandum continuo geniti, quæ ad id spectat/oia optime prouiderat, & remp. quidē ad inuenērūt, qualē nemo ante legibus / institutisq ppositis, quæ nullus uitare possit, Cūctorum uero tellus cōmunis, id re ipsa Romani effecerūt, uniuersum quidē permēsi orbē/ iunctisq fluminibus diuersisq pontiū genere, Scissis mōtibus terrā equis straueret/pate facta solitudine, diuersoriis frequētissimis manufactis, oībus uisitatis, atq ordinis ratiōe. Non satis existimari pōt quantū romanis debeat, q sustulere mōstra, in quibus hoīem occidere gloriosum erat mandi etiā saluberrimū. Claruit supra oīa bonis artibus, Quibus semper fortissimi, uictoresq romani extiterūt, ut pleriq populi sine uia aliqua armis sua spōte illis se subiiceret. Omitto publicas diuitias, Quis enim, M. Crassi opes. Quis potentia Pompei, libera litatēq Iulii Cæs. enarrare pōt. Quis Romanorū p̄clarissima a cōdi urbe gesta/nec reticebo in hoc loco postremū illū cū Hānibale con gressum/nō fuisse a condito orbe diem magis memorabilē, q ille/cū duo antea / & postea ducū maximi Scipio / & Hānibal, quo cedēte se cutus ē Africam terrarum orbis + Meruerūt & suas statnas / & titulos etiā mulieres + ut Cloelia, & Q. Claudia uestalis. Pueri etiā tam Castigatae discipline erāt, ut oīs uita plena eēt miræ grauitatis, & modestiæ, inter puerilia rudimenta / & romanæ iuuētutis peculiare fuit hastilia iaculari: Sudes torquere, equum agitare, arma tractare, boinas artes callere, tantaq; romanæ uerecundiæ obseruatio, & mortuum exempla fuere, ut nec pater cum filio, nec sōcer cum genero lauaret, nudosq parentes inspicere nefas erat + abstinueruntq; a colloquiis, & omni turpi / ac fædo corporis gestu coram filiis parentes. Vnde siquid in toto orbe rectum/iustum/ac memoriabile/ apud romanos gestum est solos. Quid præterea historiæ, Quid

Annales, qd poetæ locunt' nisi urbis romæ laudes: ac gesta, q semper  
habuit laudū p̄cōnes, nulla iucūdior, nulla frequentior in manib⁹  
lectio, eadēq; s̄p̄ius repetita, magis, atq; magis semp̄ placet, ac de-  
lectat. Quis eius ornamenta, & delicias ad plenū narrare pot, quas  
q semel degustarit, diuelli inde haud facile sine cōtumacia poterit.  
Semp. n. ro, nomē a primis incūabulis, & auspicatissimis fūdāmē-  
tis apud oēs & pplos & nationes clarissimum extitit. Quin ēt Itali,  
Quorū caput Roma ē nobilitate p̄stāt, & regali quadā magnificē-  
tia lauti magni sūt, & splēdore quodā nitētes. Nā qcqd intra Italiā  
est (ut tradit Quinti) romanū ē. Extāt adhuc Rōanorū monumēta  
p̄ totū orbē, & coloniē sine nūero ubiq; locorū, Pōtes, port⁹, turres,  
metæ, arces, & cetera id genus. Nō ē a cōdito orbe, nec futura urbs  
tā clara qualis Roma, totius mūdi caput, & regia, nec animi magnitudo  
tudie, tā excellēs pp̄lus, q̄ ro. nullū regē, aut gētē parē habens. Que  
urbs licet toties cēdib⁹ afflīcta & cultorib⁹, s̄p̄ validior potētiorq;  
surrexit. Nulla, n. deficiētibus coloniis tē repēte cōfluētibus undiq;  
mortalibus, colonia deducit, ac noua istaurat. Et oia intra pomē  
riū, atq; mœnia eius frequētissime habitata & exulta. Nusq; minus  
Roma cognoscitur, q̄ romæ. Quæq; uisuntur donaria, artes, & or-  
namēta, oia rōanæ gloriæ sūt tanq; suburbani ornatus referta. Pre-  
terea maritima loca, tū mediterraneę regiones urbis partim auctis  
ab ipsis romanis oia plena svnt Gymnaliis fontibus, uestibulis, tē  
plis, ædificiis, magistris. licetq; haud inscite dicere, quasi effectum  
iam orbē suas deniq; resump̄isse mūdicias, atq; ornamenta omnia  
splendore, & gratia renident. Cum vniuersa terra quasi pomarium  
quoddam culta, atq; ornata visitur. Spectaculorū omnis generis  
decor & ludorum numerus infinitus. Siquis mœnium ambitū col-  
ligat ex ueterū traditione. xx. millibus, aut paulo plus colliget, ut  
supradictum est. In quibus p̄sides urbes instructæ alię aliis in locis  
habitatoribus ministris instructæ, atq; aliis rebus ornatae, q̄ quasi  
p̄sides urbes quasi fossa claustra cōcludūt. Quid enim urbe roma  
excellentius, cuius optimis exemplis gloriari liceat disciplina mili-  
taris acrius retenta, Principatum Italiam, Romæ īperiū peperit, &  
multarum urbiū magnorū regū, & validissimamq; gentiū regimē lar-  
gita est. Alpiū, Tauriq; montis cōuulsa claustra tradidit Ortumq;  
parua Romuli cas a totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius  
summi oēs triūphi emanarunt. Regnauerūt prius in urbe Reges  
septē post eos electos, bruto auctore, Vrbis libertatē potita ē. Quā

## ANTIQUITATVM

sub Imperatoribus iterū amisit, atq; iterū in cōpedes cōiecta ē. Au-  
gustus Cæs. bis cogitauit eā restituere, sed timuit ne aliq; post ipm  
iterū occuparet. cogitauit. & L. Septimius. cogitauit & Decius, q  
multos hūisset laudatores, si a Christianorū cruciatibus se tēperas-  
set, vnde ex miraculo cū in quadā palude submergeret nusq; eius  
cadauer postea inuētū est. Sub Probo aut̄ Imp. oīa fuerūt quieta, &  
trāq;lla, cuius iperio Oriens, Occidēs, Meridies, Septentrio, Oēsq;  
orbis ptes in totā securitatē redactae sunt. Vnde vere Probus ap-  
pellatus, Ex quo disciplinā militare multi dīdicere, vt scribit Vopī  
scus. Habet nūc Roma, q; sua spōte gentes, & natiōes, sacrosanctæ  
romānæ Ecclesiæ subiectæ sunt, nō vt olim armis coactæ (nam vt  
olim armis) nunc religione. Religio. n. facit hoīcs inter se cōcordes  
& vnanimes, & nationes quantū vis efferas, & barbaras, mitiores,  
Nam linguarū, & numinū cultura hominē alienat ab hoīe. Iccirco  
facilius sibi aialia muta, q; hoīes cōgregātur. Enim vero si ab oībus  
mortalibus vnū, & idē coleretur numē, haud quaq; eēnt inter ipsos  
tot superstitiones, & discordiæ. Retinet adhuc Roma quandā pris-  
sc; maiestatis vībrā, vt gentes ex toto orbe, tanq; mēbra ad caput  
recurrant. Habet prēterea mansuetissimū Christi imperiū, & eius  
vicariū pont. max. præcipuā in toto orbe dignitatē, per successio-  
nem relictā a pīscatore idiote, & inermi, qui superatis uerbo, & ex-  
emplō Regibus, extinctisq; gentiū simulacris imperiū orbis occu-  
pauit. Habetq; senatū apostolicū, & socro sanctos Cardinales, &  
Clerū. Vbi arx, & domiciliū Christianæ, religionis, & eius rei p. cas-  
put. ubi sedes apostolica, & curia ro. omniū prēstantissima. Nusq;  
tanta ædificiorum laxitas, Tanta rerū pompa, tot loca sacra, tam  
solida peccatorū uenia. & tot (ut plebis uocabulo utar) indulgētię  
tot martyru triūphi, Quorū crōuore aspersa, cōsecrata oīa habētur.  
sub Chrlto principe totus mundus patefactus est. Nam arma po-  
puli ro. antea peruererunt usq; ad Oceanū Occiduum, Septētrio-  
nalem, & Meridianum, ab oriente autem non peruererunt usq; ad  
Indos. Sed de regionibus orbis, de quibus nulla apud ueteres fue-  
rat notitia, Mercatores, & negotiatores fecerunt nos certiores. sed  
fides Christi omnia latius patefecit.

# CEIVSDEM FVLVII CARMEN. IN LAV DEM POPVLI ROMANI.



Alue Rex regum Popule insignite triumphis,  
Et rerum princeps, & moderator Haue.  
Qui totum propriis superasti viribus orbem,  
Armis, iusticia, religione, fide,  
Salve Roma tuis sacris fœcunda trœphœis,  
Clara animi gignens strenuitate viros.  
Cœlicolisq; pares superū virtute potentes,  
Consiliis magnos, artibus atq; bonis,  
Roma decus mundi, rerū pulcherrima, salue,  
Qua sol pene videt maius in orbe nihil,  
Salve Roma potens, gentis quæ dura rebellis,  
Colla iugo subdis, corda superba domans.  
Nullus romuleo populo præstantior usquam  
Virtute, & gestis rebus in orbe fuit.  
Nulla quoq; in toto gens præclarissima mundo,  
Cui genus a summo funditur usq; Ioue.  
Diues opum populus, rerum cu summa potestas,  
Oceani quantum terra feritur aquis.  
Romulus & populi, & romani nominis auctor.  
Auspiciis posuit mœnia p̄st̄mā deis.  
Ab ictue principium generis, s̄uis inclyta proles,  
Quod venus, & Mauors auxit honore deum.  
Quid nunc troiugnū memorem antiq̄ssima regum  
St̄emata, cum titulis tam generosa suis  
Quid genus Albanis a regibus, Vnde Quirites  
Sanguine contiguo nobilitantur aui.  
Ipsi Romulide veterum virtute suorum,  
Auxerunt gestis gesta priora suis.  
Perpetua serie, primaq; ab origine gentis,  
Nunq; virtutum defuit altus honor,  
Nunq; bellatrix victricis dextera pugnæ  
Nunq; miles, eques defuit, arma, duces.

Et grauitas matura senum, robustaque pubes,  
Pro patria, pugnans, atque parata neci.  
Quis credit Decios (nisi sit pro teste vetustas)  
Pro patria expositos occubuisse sua.  
Romanum namque est, pugnare, & uincere semper,  
Iura quoque, & leges constituisse sacras,  
Parcere subiectis, & debellare superbos.  
Et regere, & populis imperitare suis.  
Dextra potens armis, & uitæ prodiga uirtus,  
Aut uitrix, certæ siue parata neci.  
Hinc uictor populus/populos uictoribus armis  
Subdidit/& uicta paruit & quor/humo,  
Rex populus rerum/regni regina potentis,  
Sedes Roma tua est / Imperiique locus.  
Roma potens rerum / superielecta benignis,  
Inclita felici condita Roma solo.  
Roma tibi Imperium, & qui te siue fraude probatos  
Consilio regerent/fata dedere uiros.  
Ingenitæ uirtutis amor/quibusq; let honorum  
Ardor, & altricis gloria magna Togæ  
Ipsa quibus posses totum tibi subdere mundum,  
Sub iuga, & Imperio perfrueret datus.  
Lege quod æterna certantes ius uidentur.  
Fortuna / & uirtus constituisse pari.  
Imperium toto nullum prestans orbe,  
Taque diu durans q; pia Roma tuum,  
Fecisti patriam diuersis gentibus unam  
Vrbem fecisti quod prius orbis erat.  
Ipsa licet toties perpessa es barbara tela,  
Et geticas toties ense / uel igne manus,  
Inde resumpsisti maiores robore uires.  
Atque magis semper surgis ad astra potens,  
Nec potuit magnu uis ulla extinguere robur,  
Nec grauior nomen fors abolere tuum.  
Ac uelut Anteus uires a matre resumens  
Sic tu ex aduersis surgere uisa tuis.

Quæ mergi nequeunt nixu maiore resurgunt,  
Exiliūtq; imis altius acta uadis.  
Quid memorem modo caligantia mœnia/turres/  
Et fora/cum circis/templa/theatra/demos.  
Ac uelut ætheriis pendentes nubibus imbris/  
Nymphæa/Euripos/stagna/lauacra/lacus.  
Multum est romano sub cœlo & sidere fausto  
Nasci/quos equos libra benigna facit.  
Mars quoq; magnanimos/doctrina pallas/& armis  
Efficit/eloquio/consilioq; graues.  
Iam maiestatis retines uestigigia prisæ/  
Roma tuæ/cultu sed potiore nites.  
Et potiore deo Christo sub principe/Polles  
Sacrorum & ritu/relligione/fide.  
Quæ/quantum satis est/nūq; laudata uideris  
Sed iuuat usq; nouis tollere ad astra/modis.  
Aucta tuis dominis/primnm sub regibus,inde  
Iam sub Consulibus/munere brute tuo.  
Hinc sub Cæsaribus ( quis disconuenit omnis  
Vis dominatorum libera Roma tibi )  
Donec Pontifices te respirare gementem  
Iusserunt summi / Liberiore iugo.  
Restituere tibi qui te / sed fata malignas  
Alternant rerum dispositura uices.  
Nam nūq; rebus status est mortalibus idem  
Mutantur mores/tempora/iura/loca.  
Et quæ iam longo sunt tempore/parta labore  
Omnia perstringens subripit hora brevis.  
Illos censuerim suprema laude canendos:  
Si quos post obitum uiuere fata sinunt:  
Ingenia/eternum/quæ nulla interficit ætas:  
Stant: quibus haud ullus liuor obesse potest.  
Sed mihi cum docto refricantur uulnera cœtu,  
Cum rem confractam Romule cerno tuam:  
Vt uideam,& doleam ueteres tot in urbe ruinas,  
Priscorūq; lares , & monumenta patrum/  
Quæ ( quāuis ruerint ) manet indelebile nomen,  
Roma tibi , & famæ gloria longa tuæ.

**Eiusdem Fuluii Endecasyllabōnē**

**Quis tam sedulus artifex Quirites  
Euclide melior; uel Archimede;  
Antiquæ loca metietur urbis.  
Quas describere me pedestris ante;  
Post oratio compulit soluta;  
Quæ nunc intenebris suis facerent;  
Fulgerent nisi luce litteratum;  
Vos rerum domini; genus deorum;  
Orbis totius hospices benigni;  
Vestra uos homines nouos in urbe  
Prisco iure Quiritium Quirites;  
Donatis; latiaq; ciuitate;  
Et uestris opibus iuuatis; unde;  
Vobis præmia; gratiasq; debent;  
Quales cōscia mens agit bonorum;  
Præclarissima gens togata quales;  
Persolui sibi Roma quas meretur;**

ANDREE FVLVII EGLOGA DE EXPOSÍ  
TIONE ROMVLI/ET REMI IN TI  
BERI. INTERLOCVTORES MOP  
SVS ARCAS/ET FAVSTVLVS  
TVSCGVS PASTORES. MOP  
SVS LOQVITVR.



Vid vult iste sibi vagitus faustule? Narra;  
Quid te hoc alueolo ppātē ferre uidemus?  
Ceu quōdā/nec dū stātes a matre' gemelloſ  
Dū gerimus fœtus/& sera intecta redimus.  
Quid te conspicimus redeuntem littore ab isto,  
Obduxit multo quod spumeus Albula limo:  
Imbribus immodicis/dum se vix colligit amnis  
Fa. Mopse magis cupio(q̄ tu te nosse) referre  
(Si vacat) infandum scelus:& miracula rerum.  
Hac nam p̄teriens solito de more: gregesq;  
Cum matutinos agerem prope rauca fluenta/  
Monte sub hoc labens, vbi flexibus Albula curuis  
Perstringit querulas sinuoso vortice cautes/  
Descendisse lupam sitientem e montibus istis  
Aspicio: sistoq; greges/spectoq; relictis  
Hanc fœtam catulis/fluiali lyntrē gemelloſ  
Lingentem expositos/pr̄benteimq; vbera paruis:  
Mella quibus picus tenera infundebat in ora.  
Mō. Faustule magna refers: vix h̄c credenda/nisi illi  
Talia luminibus qui viderit omnia veris:  
Nunq̄ parthasiis visa h̄c nostratibus oris:  
Grex vbi versatur: numerosaq; tnrba Luporum:  
Quos nisi Pan pecoris custos auerteret: ingens  
Semper præda lupis fieret monacia tellus.  
Fa. Illita adhuc pueris extant corpuscula limo:  
Quam scyphus illuuiem mersus contraxit harenis/  
Nutrici vix nanq; feræ subtraximus ambos  
Vbere quos aleret potiore puerpera coniux  
Nostra suo partu pereunte orbata recenti  
Aspice q̄ pulchra est:& q̄ formosa propago:  
Vt credas superum prolem de sanguine cretam.

Mo. Certe/lequidem vt video/proles est ista deorum  
Indole precellat q̄ pulchra insignis vterq;  
Infans/quos animos/roburq; vtricq; futurum  
Auspiciis video non me fugientibus:atq;  
Nescio quid magni/plus vni blanda duorum  
Fata repromittunt/venturo ad culmina rerum  
Faustule crede mihi/non haec sine numine diuum:  
Sic fieri:Superum namq; omnia numine fiunt  
Qui suasere tibi pueros hos tollere:si non  
Pythia fatidice Cortine oracula fallunt:  
Hi sunt qui colles circondare mœnibus istos  
Augurio incipient:vbi sceptræ eterna manebunt.  
Fa. Mopse quis ambiguas rerum cognoscere causas/  
Aut quis nosse deum nodosa enigmata/& altos  
Ipsorum sensus:nisi diis edoctus:& illa  
Non nunq;(vt cernis) fallaci euanida sorte  
Spe decepta sua/mortalia pectora fallunt  
Mo. At sic expositi/summa ad fastigia reges  
Euadunt cœlo/superantes fata/benigno.  
Sic puer expositus Cyrus:sic oedipus infatis:  
Sic paris/ideis quondam enutritus in oris.  
Pastorumq; inter versatus tecta:sed iste  
Dis age/vicinus qui preter labitur amnis  
Est hic tam claro cognomine notus vbiq;  
Tibris:& hi montes:quos nostros Archadas olim  
Est rnmor coluisse duces:profugosq; Pelasgos:  
Hac ego Parrhasio sum causa/& orbe proscitus.  
Fa. Sic est(ut memoras) extant vestigia magna  
Vrbis ab euandro positæ:stat maxima vestri  
Herculis ara dei:& Caci implacabilis Antrum:  
Sustulit Alcides quem clauq; robore duro:  
Fraude boues illi cum subripuisset iberas.  
Vnde deum colimus sacrasq; dicauimus aras:  
Atq; sacerdotes latia de stirpe creatos:  
Reddidit hos quoniam tutos formidine montes:  
Idem sacra tulit:latio celebranda quot annis:  
Numinis vnde sacri decreta Potitia custos:

Illi⁹ & consors pariter Pinaria proles.  
Victimaq; his olim mactanda frequentibus aris.  
Tuscia (si quæris) mihi patria: missus ab illa  
In latios saltus/huius prope gurgitis undas:  
Hos adi⁹ colles:& pastoralia tecta:  
Regius ac pastor latialis principis Albae:  
Qui latos fines; atq; amplos possidet agros.  
Mo. Audieram, & fama est Panos demore Lycæi  
Montibus his uestris celebrari sacra: Luperci  
Vnde Sacerdotes latio stant nomine dicti:  
Tuq; per hos colles ducas me/faustule quæsos:  
Namq; diu cupimus latios hos uisere colles:  
Fumososq; lares;& curua in montibus antra:  
Igniuomiq; domum Caci:sacrumq; lupercal:  
Hac etenim causa patriamq; domumq; reliqui:  
Et quas Partheniis pascebam in montibus agnas.  
Fa. Desine mōse tuis precibus me flectere blandis.  
Hos permitte prius pueros in tecta referre,  
Haud procul hīc humilis tuguri stāt culmina nostri  
Iam iamq; huc adero/ & quæcunq; rogaueris/ædam,  
Et quæ nunc gregibus sunt peruia rura doce bo.  
Obsequar optatis/dissoluamq; oxyus/ante  
Quam properem/expediam/tu nūc circūspice / cūcta  
Regibus albanis sunt hæc subiecta, per omnes  
Quanitum Oculi possunt longe se extendere fines:  
Iste Palatinus mons:in quo condidit urbem  
Rex Euandrus:ubi superant uestigia rerum:  
Nunc ubi tecta uides/iam collabentia uestri  
Regia menalii fuit hæc tegeatica regis:  
Post hunc/ quem cernis/mons est Saturnius Alter  
Alter Auentinus/qui tibridis eminet alueo  
Mons:ubi semiferi domus imperterrita Caci.  
At reliqui circum/nunc sunt sine nomine colles:  
Mo. Regibus a latiis sument hi nomina montes:  
Iam quibus imperium magni portenditur orbis:  
Diuum sanguis erunt regni qui sceptra tenebunt:  
Et rerum domini fierit;uenientibus annis.

Non ita hac lacti simile est ut collibus istis  
Arcadię saltus/celebrataq; pascua fauno/  
Mercurioq;/tepens nisi terra haec:horrida semper  
Illa gelu:& glacie concreta fluenta rigenti:  
Donec ver redeat/grata dum pastor in umbra  
Quisq; suos dulces:vel amatos ludit amores:  
Et pasto rales exerceat fistula Cantus:  
Quam dedit Archadię nobis deus:ut modulemūr  
Herculis inuicti laudes:qua vicerit orbem,  
Qua lernęa manu cecidit reparabilis hydra:  
Aut quibus exhausta pharetra / Stymphalides aris  
Aut Erimanthei populator setiger agri: (mis:  
Nostra quibus tuta est sublatis patria/monstris.  
Fa. Immo nos illi meritos debemus honores:  
Votaq; compressa diri formidine Caci:  
Herculis vnde duas victoris cernimus aras,  
Vidi ego iam latios habitare frequentius agros  
Protagenum genus antiquum/atq; his figere sedes  
Collibus:illa quidem magnum dispersa per orbem  
Errabunda diu/pulsis gens inde sicanis  
Ausonios tandem coluit pro tempore fines:  
Quæ modo cærnlei neglexerat arua Velini:  
Et virides campos/& faltus rore madentes.  
Mo. Nota mihi tellus/& rosea rura velini  
Ardua Cutuliae surgunt vbi mœnia paruæ,  
Arcadica fundata manu/atq; habitata colono  
Arcade,parrhasia profugis tellure pelasgis.  
Surgit vbi exiguus stygiis emissus ab vndis  
Sulphureis q; lacus scatebris,& gurgite nigro,  
Parua,vbi/& instabilis fruticoso cespice surgit  
Pulsa velut conto/quæ flutuat insula ventis  
Non secus/jac cymba huc/illuc agitata procellis.  
Italiæ hoc medium mensores esse fatentur,  
Italiæ sumen propter pecuaria dictum,  
Nam quantum longis carpent armenta diebus/  
Exigua tantum gelidus ros nocte reponit,

Equat ubi herba sud es hesterna luce relietas,  
Illi⁹ digrediens , hæc uestra profectus in arua,  
His habitare locis mens est telluris apricæ.  
Quā mihi nūc memoras: fac stet sentētia Mopse  
He sit opus toties circūcursarē per orbem;  
Hoc requiesce solo: sunt rura amplissimā nobis,  
Et fines lati : & uacui cultoribus agri,  
Gramine semper terra uirens, & foetibus uber,  
Fecundūq; pecus , nec te pauisse capellas,  
Saltibus his pudeat , pecoris s̄epe ipse magister  
Regius ; his solitus deducere collibus agnos  
Atq; alios quoscūq; greges per rura uicissim,  
Pascere , Mopse uale , uel si mea dicta probabis  
Obsequere his dictis : & morib⁹ utere nostris.


LOTTUS


## ¶ Prætermissa quædam

Erat præteca duæ portæ antiquæ urbis Gabiusa, & Sabiusa: unde error ortus est. Nam Sabiusa statim post collatinā / q̄ recta via ducebatur in Sabinos. Gabiusa uero Gabios. Item Iouis statoris Templum, quod in uertice palatini montis fuisse putant. In radice palatii Cicero fuisse fatetur. Item statuā equestrē in Laterano qnā. L. Septimii, siue. L. Veriautuwāt. M. Antonini eruditiores cēasse rūnt. Item Templum Neptuni / quod post attiacā uictoriā. Agripa condidit & multis ornamētis / & pulcherima porticu exornauit inter Pātheon (fuisse credit) & Thermas sui nominis. Dion uero græcus auctor scribit Neptuni templū fuisse iuxta Septa, quēsecutus ego græca fide deceptus sum / pmansissem q̄ in uestigio prioris sententiæ / si prius / marmor / ubi insignia Neptuni apparent occurisset. Fuit & iuxta Pantheon Templū boni Euētus ut superius dictum est.

## DEPRAVATIONES.

Hæc sunt ferme, quæ male sedulos Impressorum oculos fugerunt, Quæ tu diligentissime lector ita emendabis. folio. iiiii. a fronte vbi legitur exuto lege eruto. paulo infra Censorinæ censoriæ. folio. vii. pnestina vero adextris lege a sinistris. fol. ix. at ergo creaturi certaturi. fol. xiii. liberalibus liberalibus. fol. xix. senuita lege semitā. Pauloiſra vbi legit id fuisse lege eā ædē fuisse. fol. xxiiii. a fronte Hierosolymus Hieronymus. fol. xxvi. Ciues Cures. fol. xxvii. repromitēt remitterēt. fol. xxviii. vñ lege nudæ fol. xxx. Iminet Eminet. fol. xlivii. venientes veniētibus. fol. lxxiii Tulliū Tullianū. fol. lxxxviii. vbi legitur senatus Cōcordiæ templū supple, in foro sibi erigi mandauit, Aliud præterea Cōcordiæ templū eodē fol. officio obsecro. Itē fol. xcvi. acrōrū atrox. fol. ciiii. accepissemus accepimus fol. xci. ix debitorū lege. ix. mil. debitorum. fol. Cū occulta occultatae. Sūt & aliae sed leues mēdæ sunt. Etquædam pauca ambiguæ orthographiæ vt Tibris. Plini. Aelius. Auctor. foliorū etiā medius interruptus numerus. Nōnullæ Item vel omissæ desunt, vel abūdāt, vel inculcatæ sunt littere q̄ singula facile interlegendū a quo quis nō idiota emēdari possunt.





66  
10

SPECIAL 93-B  
1434-1

